N. MASSA
Liber
Introductorio
Anatomiae

Pascalis
Morbo Gallico

Bereng
De
Fractura

1536

611

M 77m
2

59
EST. 86
TAB. 5
NUM. 2

~~Est. 11 tab. 6ª nº 154~~

NICOLAI MASSA VENETI ARTIVM ET MEDICINÆ DOCTO-

ris Liber Introductorius Anatomiæ, ſiue diſſe-
ctionis corporis humani, nunc primum ab
ipſo auctore in lucē editus, in quo quā
plurima mēbra, operationes, & utili-
tates tā ab antiquis, quā a moder-
nis pretermiſſa manifeſtantur,
Opus ſane tam medicis, quam philoſophis
perutile, ut ſtudioſis lectoribus patebit.



Cautum eſt Priuilegiis ſanctiſſimi Domini Papæ noſtri,
& Senatus Venetorū, ne quis impune hunc libel
lum imprimere audeat, aut alibi impreſſum
uenundare, penis in eis contentis.

M D XXXVI.

SANCTISSIMO DOMINO PAPÆ Paulo Tertio Pontifici Maximo Nicolaus Maſſa, Salutem plurimam, ac diuturnam fœlicitatem dicit.

SOlent plerunq; boni coloni, & ſi, qui ſumma diligentia agriculturæ ſtudent, optimis quibuſq; ſelectis fructibus hero oblatis, teſtatum apud illum facere fructuum pulcritudine, atq; amenitate, quantum in agro colendo, ac conſerendo, opere laboriſq; impenderint. Quorum diligentia & officiis oblectatus Dominus, libentius, ac liberalius agriculturę neceſſaria impartiri ſolet, ut coloni cõmodius & campos conſerere, & fructus meliores, atq; uberiores ſibi, ac ſuis parare poſſint. Idem in litteraria cultura mihi faciendum exiſtimaui, nam cum iamdiu rei medicæ operam nauarim, litterarioſq; agros coluerim, in ipſis non inſuaues fructus conſerui, qui & ſapidi, & odorati ſunt, ac niſi fallor, longe meliores, quam qui in aliis legantur litterariis agris non modo neotericorum, uerum etiam & antiquoꝝ. Etenim ſuperioribus annis Venetiis morans, quãquam in urbe omnium negocioſiſſima eſſem, nihilominus anatomicas aggreſſiones, corporiſq; humani partes inſpectione notaui, una cum quampluribus non ſolum medicis, uerum & aliarum bonarum artium cultoribus. Inter quos magnificum uirum ac doctiſſimũ philoſophum Hieronymum Marcellum tãquam fidum achatẽ ſemper habui, cui promiſi me ſcripturum libellum introductorium

anatomicarũ aggreſſionum, quoniam plura membra antiquis incognita ſæpe oſtendi, ac non tantum membra, uerũ operationes non paucas ab illis prętermiſſas & ignoras. Hęc omnia, cum humano generi non minus grata, quam neceſſaria futura ſint, Tibi Pater ſanctiſſime deſtinare decreui, ut quemadmodum propriis uirtutibus ac ſapientia, toti humano generi præes, ac prodes, ita noſtris quoq; laboribus, ſi quid ego mũdo profuerim (ut perſuaſum habeo) id tuo nomine, & protectione mortales factum intelligant. Suſcipe igitur Pater Beatiſſime hos meos labores hilari uultu, ut me ad litterariam culturam te annuente confirmatũ, meliores poſthac, & copioſiores fructus tibi offerentem uideas. Vale diu. Venetiis M D XXXVI. Idibus Nouembris.

NICOLAI MASSA VENETI AR-tium,& medicinæ doctoris liber introductorius ana-tomiæ,ſiue diſſectionis corporis humani nūc primum ab ipſo auctore in lucē æditus: in quo quāplurima tam ab antiq̄s q̄ a modernis prætermiſſa mēbra manifeſtātur,vt ſtudioſis lectori-bus patebit.

Procemium totius operis. Cap. I.

QVales gratias Deo optimo,maximoq; adiutori ac protectori meo agere debeam: debeátq; philoſophi, ac maxime qui medicinā profitentur ,ſi corporis humani particulas omnes ſenſu noſcunt,nequaquam(ut aiunt) lingua dicere, aut calamo ſcribere poſſum. Neq; mireris Magnifice ac doctiſſime Hieronyme,ſi talibus te affari incipio,cum pauci admodum ſint, qui Anatomiæ hac tempeſtate ſtudent:& ſi tam vtilis, & neceſſaria philoſophis,ac pariter medicis ſit: age quod etiam & idiotis pulcherrimum ornamentum eſſet,ſi ſeipſos cognoſcerent,cum homo a natura ultimus intentus vltimam naturæ perfectionem oſtendat:quare docte ſapiens ille Græcus dicebat,Noſce teipſum,Deo igitur benedicto una mecū gratias agere nō deſinas,miſericordia cuius te philoſophum me duce de corporis humani partibus ita doctum feciſti: vt inuidere nemini noſtræ ætatis te oporteat: immo cenſor acerrimus factus ſis ignauiæ multorum recentioꝝ de anatomia ſcriben-

tium,qui paſſim per ſcholas,& Gymnaſia legebantur. Legun
turq;,& vti oracula habebantur, qui tamen (vt noſti) aut muti
latam notitiam huiuſce negocii tradiderunt: aut nihil penitus
ſcientes, aliorum ſcripta ab ipſis male intellecta deſcripſerunt,
ipſaq; quibuſdam ſophiſticis argumentationibus ornauerũt:
quæſtiones inter Ariſtotelem & Galenum ſoluentes gloſſis,
& diſtinctionibus ita iuuenum mentem obumbrauerunt: vt
neminem penitus ſenſatam ipſam anatomiã intelligere per-
fecte cognoueris, taceo quos quotidie homines a vulgaribus
laudatiſſimos nihil penitus ſcientes cognouiſti, qui ſolũmo-
do formulas philoſophiæ, medicinæq; habentes ab homini-
bus ſapientiſſimi habentur. Pudet (teſtor deum) me dicere
quanta ſit modernorum quorũdam inſcitia non ſolum in di-
ſcurſu: verum & in ſenſatis, ore ſemper Ariſtotelem, Hippo
cratem, Galenum, & Auicẽnam atteſtantium, qui reipſa ta-
men nihil certi ſciunt: ſed quẽadmodum auiculæ, quæ audi-
unt cantu loquentes, garrienteſq;, aures quorundã delectant.
Sed quæ mihi ſæpe contingerint audi queſo, ſunt admodũ
pauci menſes, ex quo cum conueniremus quamplurimi me-
dici: etenim (vt ſis) Venetiis totius orbis & doctiores, & expar
tiores inueniũtur: in caſu cuiuſdam viri arduo admodum, ac
pernicioſo, & ipſis ego officiũ muſculoꝝ ventris narrarem, &
eorum anatomiam, ſenior, qui et inter primarios huius inclitæ
vrbis habet̃, negabat muſculos ventris inferioris habere chor
das latas ambientes longitudinales muſculos, & magnã etiam
ventris partem: dicebat enim carnoſam totam illam partem
eſſe. Sed cæteri, qui ſenſatam mecum viderant anatomiam,
ridentes, nihil ipſi reſponderunt: recolo etiam, dum uocatus
eſſem ad quendam vulneratum ꝓpe coſtas mendoſas cum
penetratione, cui cum eſſent accidentia ſæua, multiq; uocati

eſſent medici, quendam, qui ab oĩbus aliis & doctior, & exper tior habebat̃ nõ puduiſſe dicere in inferiori uentre non eſſe muſculos, taceo quãplurimas alias fatuitates: quas quotidie a talibus audio, ne te in iſtis pluſquam par ſit imorer: ſat eſt igi- tur Marcelle doctiſſime uidere quanta ſit ignauia quorũdam in re tam clara, tãq; manifeſta: qui (vt ſæpe admiratus mihi di xiſti) creduntur ſua exiſtimatione, & expertiſſimi, & ſolertiſſi- mi, naturæ, hominũq; indagatores. Nolo te tamen credere me antiquos: a quibus edoctus ſum, calumniis proſequi: imo ipſos ſemper laudo: quoniã ſunt laude digni etiam qui imper fecta principia aut partes doctrinæ tradiderunt, cum nobis poſtea addendi aliquid anſæ dederint. Non poſſum tamen vna cum Galeno ſecundo anatomicoꝝ aggreſſionum non dolere: quoniã iam anatomica ſcientia poſt Galenũ obliuio- ni tradita eſt: neq; ſunt: qui ipſam inciſionem actualem agere curent: ſed tantũmodo ea ſcribere conati ſunt: quæ neq; ocu lis viderint, neq; manibus tetigerint: ſed ab aliis acceptis co- dicibus vetuſtate & in curia ſcriptoꝝ, impreſſorumq; vitiatis, lucidiſſimum ſolis lumen offuſcarunt: doleoq; me hiſce tem poribus ad te ſcribere promiſiſſe, in quibus tot calumniis ſa- pientiſſimos Arabes & alios quãplurimos gratis quidam ꝑ- ſecuti ſunt, ne uidear & ego in hos errores incidiſſe: cum non incuſandi cauſa: ſed potius excitãdi ingenuoꝝ animos hoc fecerim: grande etenim malum eſt, doctiſſimos, a quibus tot bona ſcripta ſunt, lacerare: & ſi aliqua etiam dixerint, uel ob- ſcura, uel non ab omnibus approbata. Equidem Platonẽ lau- do: Ariſtotelem, Hippocratem, Galenum, Auicẽnam: Auer- roim & alios doctiſſimos, qui poſteritati tantopere ſuis labori bus profuere. Sed non ſum ille: qui dicam homines ſine erro- re naturam genuiſſe, quare, cum homines fuerint, potuerunt

& ipſi omne; erraſſe:qui de facto in quibuſdam etiam erra-uerunt, qm̃ non omnia poſſumus omnes: quare ſileant: qui cum mortuis aperto Marte pugnare conantur: qui ita impudenter in ipſos inuecti ſunt: quærentes ſuas cantilenas iniuria tantoꝝ virorum exornare, ac neminem præter quoſdam lingua ornatos legi debere exclamare uidentur. Sed cum iam procemii metrum tranſgredi videar, parcant legentes, & hanc temporum conditionem accuſent. Ego uero non alia de cauſa has anatomicas ĩtroductiões ſcribere decreui, niſi charitate erga rudes motus, ægriſq; compatiens: qui ſæpe ex defectu medicoꝝ non ſcientium ſenſatam anatomiam pereunt. Et ne rem tam vtilem, tãq; neceſſariam homines dimittãt, quæ diuturna antiquoꝝ lectione & laborioſo (in ſecando corpora) exercitio didici, aliiſq; modum talia inueſtigandi poſt me oſtendere decreui: quam rem ſi non in omnibus perficiã: qui ſunt poſt me ſcripturi, habebũt addendi materiam perficiendiq;, quos vt hoc faciant vehementer rogo, & obſecro. Igitur his præludiis dimiſſis, ad rem ipſam me totum conferã: ſupplex Dei omnipotentiam exorans, vt huic noſtro principio adiutor, & protector eſſe dignetur. Dicamus igitur quod (cũ teſte Hippocrate libello de fœminea natura) id quod in homine eſt, diuinũ quoddam numen exiſtat. Idcirco qui de hominis partibus ſcribere intẽdit, primũ a Deo ipſo, a quo omnia, & ſine ipſo nihil, principium ſumere oportet. Et hæc ſit præparatio antequam ad ipſum humanum corpus ſecandum accedas, quod cum capax ſit beatitudinis, & naturalis & ſupernaturalis, donauit ei Deus formã ſubſtantialem nobiliſſimã: vt in ſacris habetur literis (minuiſti eum paulominus ab angelis) a qua ſubſtantiali forma de neceſſitate ſequuntur reliqua, in q̃bus ſup̃at homo cætera animantia, teſte Auerroi cõmen-

to.xxxii.octaui phiſicoꝝ:vbi inqt,a forma ſubſtātiali ſequun-
tur omnia accidentia neceſſario,inter quæ eſt: hominē recte
īcedere:quare canebat ille in Metamorphoſi : Os homini ſu-
blime dedit,cœlumq; videre Iuſſit:& erectos ad ſydera tollere
vultus.Hominē igitur imprimis rectæ ſtaturæ videbis. Neq;
neceſſariā puto nominis anatomiæ declarationem eſſe:cum
ipſum diſſectionem importare uideatur : quaſi dixeris ſcien-
tiam,quæ per ſectionem habetur:dicatur ergo diffiniendo ſic:
Anatomia eſt artificioſa membroꝝ per ſectionem cognitio.
Et ne a cōmuni modo anatomizādi recedere uidear:quāquā
(vt docuit Galenus in anatomaticis aggreſſiōibus) multi ſint
modi aggreſſionum,modum,quem Mondinus vir in ſectio
ne celeberrimus tradidit,inſequar,ſtudens rei ueritati, & non
alioꝝ dictis . Neq; philoſophoꝝ , aut medicoꝝ grauiſſimoꝝ
dicta defendere me videbis: quoniā(ut dixi)& ipſi aliquando
errauerunt,neq; potuerunt omnia cognoſcere : quare vbi cū
antiquis non cōuenio,res a ſuis dictis aliter ſe habet . Et quo-
niam magis veritatem quàm hominum auctoritates diligo:
tametſi ſapiētum dicta exponenda, ſiue gloſſanda ſint : ideo
me in rebus ſenſui , & rationi non conuenientibus ipſos di-
mittere ſæpe uidebis,reliquis uero in rebus ītelliges me ipſos
ſemper eximiis laudibus pſequi,quoniā ab ipſis edoctus ſum.
Et quia in uno corpore omnia membra per inciſionem uide
ri non poſſunt: qm̄ quandoq; quædam membra neceſſario
dimittuntur abſcinduntur q;:vt cætera perfecte cognoſcere
valeamus:ideo ſcire etiam conuenit nō omnia,quæ in huma-
no corpore ſpectari poſſunt,in hoc libello ſcribere me ſtatuiſ
ſe : ſed tantum ea, quæ cōmode in vno corpore:& magis ne-
ceſſaria medentibus mihi viſum fuit per inciſionem oſtende-
re : & ueluti introductorium ad reliquas uidendas partes .

Quod ſi deus mihi(vt fecit)ſua miſericordia auxiliabitur,reli/ quas corporis partes iu alio copioſo ſcribam uolumine.Neq; expectare te volo a me ſcamni modum præparationis,aut ſe dilium, vbi ſpectantium turba te ſecantem,aut demonſtran/ tem intueatur,ſeu talia ludibrioſa, ne potius me rudem, & nõ philoſophum omnibus meis ſcriptis oſtẽdam. Quod ſi forte fortuna:vt credere dignum eſt: quis dubitauerit quale debeat eſſe corpus ſectioni tradendum.Dico ꝙ corpora qualiacũq; ſint:ſiue ſexu,aut ætate,aut cõplexione, aut quãtitate differãt: nullo diſcrimine poſito medicus indifferenter omnia diligen ter ſpectare debet:vt quis ſit naturę reſpectu diuerſorꝫ plaſma tionis modus intelligat: ſciatq; differentiam membrorꝫ reſpe ctu,ſexus,ætatis,& aliorum. Et licet multi aliter ſcripſerint,mi nime cum illis ſentio,neq; diſputare intelligo, cum ex noſtra intentione & maiores,& plurimas utilitates ſpectantes colli/ gant. Age igitur circa corpus humanum,a quo anima emi/ grauerit,cuiuſcũq; ſexus,& ætatis: perfectã tamen membrorꝫ, totiuſq; corporis formam,ſiue figuram, & quantitatem in iu/ uene, aut conſiſtente complexionis temperatæ iuſtitialis, aut propinquæ temperamento inuenies. Nec te lateat ꝙ in mu/ ſculorꝫ,venarꝫ,& neruorꝫ dignotione meliora ſunt ea corpo/ ra,quæ ſine pinguedine inuenies,ſiue macra dixeris, quæ ſit a ſordibus,& pilis emũdata:ꝙ ſi pilos dimiſeris,vt poſt cutis ex/ coriationem ortum ipſorꝫ in panniculo totum corpus tegen te cum cute inſpicias,& manibus capiendo,extrahendoq; ex periaris,quo pacto in cute infixi ſunt,non ſine aliqua utilitate hoc feceris,quæ cutis duplex eſt,ĩtrinſeca uidelicet,& extrinſe ca,in qua pili extra ſunt affixi:vt eſt uidere in brutis:extrinſeca tñ etiã duplex eſt,ſi quis ſubtiliori indagatione diſtincte inſpi ciat, tenuis uidelicet, & ſuperficialis, quæ ab omnibus poteſt

uideri in ueſſicis,& ereſipelatis membris:ſed alia pars eſt groſ
ſior iſta,quam inſpicere potes ſeparando totam cutem noua-
cula:& ſi hoc difficile ſit, attamē ſeparari poteſt:etenim craſſa
eſt intrinſeca & alba magis,neq; contigua ut quidam putant,
ſed continua continuitate uera:differt tamen in ſubſtantia co
lore & duritie ab alia:quod ſi hanc triplicitatem nolueris non
refert. Nollem tamen,dum breuitati ſtudere cogito quod di
minutum corpus humanum quis me pingere iudicet : quare
& ſi non neceſſariam mihi inſpectionem exteriorem , uulga-
remq; eſſe credam:attamen , cum etiam quædam utilia inter
iſta diſcere poſſis,corporis humani partes ſic notabis : vt etiā
alii notauere Anatomiſtæ. Caput vide in primis cū ſuis parti-
bus,in quo animales uirtutes apparent:hanc partem ventrem
ſuperiorem vocant:& hoc caput plurima membra ſecum ha
bet : vt in eius diſſectione uidebis, poſt hoc uero uide uentrē
medium,a quo uitæ primus fons emanat , quæ pars pectus di
citur,& terminat vſq; ad coſtas mendoſas,ad cuius compoſi-
tionem,& tutelam etiam (vt videbis) plurima mēbra ueniunt,
cuius terminus eſt diaphragma, ſiue ſeptum tranſuerſum di-
xeris:deinde a diaphragmate ad vltimam vſq; inguinis extre
mitatem dicitur uenter inferior,a quo naturales uirtutes pro-
deunt:hic uenter & ipſe conſtat ex pluribus tam intus quam
extra membris : vt videbis. Poſtea ſunt reliquæ corporis par-
tes:vt collum,brachia,crura,& alia:ſicut ſunt teſtes,uirga , ſiue
genitalia,quæ cū ſint primo intuitu nota,ipſa notent, ſpectan
tes,ne in re nota deſcribenda ſuperſtitioſus uidear. Nec dimit
tere intendo,antequam ad actualem ſectionem deueniā,quæ
mihi notatu digna viſa ſunt:& ab aliis etiam in inferiori uen-
tre annotata fuere,a quo uentre incipiendum eſt:& quem ſe-
care imprimis omnes moderni cæperunt,ne a fecibus inteſti-

norum pútridis totum ſubiectum putreſcat:& ſic impediat reliquarum partium ſectionem. Sũt igitur uentris inferioris partes extrinſecæ notandæ hæ:& imprimis incipiendum in medio ſub coſtis, vbi eſt chartilago ſcutalis, quæ pomum granatum dicitur:quam partem ſtomachalem appellant: quoniam eſt ſupra ventriculum, ſeu ſtomachum: vt cõmuniter dicunt: poſt hanc partẽ inſpice & reliquas partes, quæ ſunt & nomine, & ſitu diuerſæ:nam ſub coſtis, tam a dextris quàm a ſiniſtris, loca illa adiacentia quæ primo ſunt, appellant hypocondria, ſub qbus intus a dextris eſt epar, a ſiniſtris lien, ſiue ſplen, & dicuntur hypocondria a græca cõpoſitione, uidelicet ab, ὑπὸ, quod eſt ſub, & χώνδρον, quod eſt fruſtũ:quaſi dixeris ſub nõ integris coſtis:ſed quæ fruſta reſpectu integrarum coſtarum ſunt. Deinde ſub hypocondriis tam ab vna quam ab alia parte loca illa appellantur ilia, eo quia oſſa ilii ſub ipſis partibus iacent: in medio vero ventris ſub parte ſtomachali eſt vmbilicus:ſic dictus aut quia in medio ventris ſit, vel quoniam in ſe totum collectum totum ſe cõtineat. Sed quoniam de re ipſa: & non de nominibus hic agendum eſt:ne grãmaticus potius, quàm medicus videar, nominũ ethymologiam, & deriuationem tanquam non neceſſariam dimittam, cum & ipſi Galeno ſæpe viſum fuerit, & maxime ſexto de anatomicis aggreſſionibus, & in libello de locis affectis, ſatius fuiſſe in rebus vtilibus contendere, & rei veritatem, vtilitatemq; quærere, quàm de nominibus diſputando tempus amittere, quod vt ipſe dixit in libello de ſymptomatum differentiis ſi nomina nõ ſuppetunt, fingere vſualia accõmodata, & patria nomina debemus:neq; (vt quidam faciũt) peregrina quærere: ſed vnde diſceſſi redeo. Poſt vmbilicum vſq; ad pectinem eſt pars, quæ ſumen dicitur, poſt ſumen, ſiue ſub, eſt pars vltima uẽtris, quæ

pecten

pecten dicitur, inguina uero coſtarum partes uidentur eſſe. Et hæc ſunt partes extrinſecæ inferioris uentris, reliquas corporis partes exteriores ſecundum aggreſſionem mẽbrorum ipſis adiacentium nominabimus. neq; ſi quæ membra a me deſcripta ex aliqua, aut monſtruoſitate aut imperitia uel aliorum dictis nõ inueneris, me mentiris dicas, quoniam ſenſatã ueritatem hic ſcribere illis qui in ſectionibus exercitari uolunt per continuos actus propoſui, & minime nolentibus ſæpiſſime in ſectionibus laborare, qm̃ iſti ex pauca exercitatione membra ante oculos non apprehẽdunt. quare ut omnia congnoſcas, te in anatomicis ſæpiſſime exercitabis modo infra ſcribendo, uel alio ſi meliorem inuenies.

¶ De modo ſeccandi uentrẽ inferiorem. Cap. II.

INcipe igiẽ a chartilagine ſcutali pomũ granatũ dicta, quę ſupra uentriculũ, qui & ſtomachus dicit̃, eſt leuiter cutim cultro, ſeu nouacula incidẽdo p lineã rectã uſq; ad partẽ pectinis, umbilicũ tñ ne tãgito, ſed circulariter cutim circa ipſum quã uetulã latini, græci uero γραῖαν uocãt, quod corrugata ſit, ſeccãdo ipſum integrũ dimittito, deĩde ꝑpe umbilicũ diametraliter ĩcidẽdo iteꝝ cutim ab hypochadrio ſiue ilio dextero uſq; ad ſiniſtrum leuiter procede ad crucis figurę modum. Et ut ſuo loco partes conſtituentes umbilicum ſpectare commode poſſis, ipſum umbilicum filo (ubi circulariter ſeccaſti) ligabis, deinde excoriando procede leuiter tamen ab omni parte, donec tota cutis ab ipſo uẽtre ſeparetur, quę cutis ut dixi duplex eſt ĩtrinſeca, uidelicet magis alba, & mollis, & extrinſeca, quę durior eſt, quam etiã duplicem eſſe dico, ut apparet in ueſſicis, & aliis excoriationibus ſuꝑficialibus, & iſta caret ſenſu, alia pars ſeparatur no

uacula ab illa molli intrinſeca, non ſine tamen labore, quoniam eſt continua & nõ contigua, ut quidam ſunt imaginati dicentes, ꝙ ſi eſſent plures partes eſſent ſeparatæ, ſed quia unitę, ideo una tantum cutis eſt iſta, qui ſi uidiſſent Ariſto. ſexto phiſicoꝝ dicentem, continua eſſe quoꝝ extrema ſunt unita, ſciuiſſent unam partem poſſe uniri cum alia & cauſare unum continuatione, partibus tamen diuerſis in ſubſtantia & ſitu exiſtenſibus. Ego uero ſemper ipſam ſeparo nouacula, & aſtantibus oſtendo, etenim non ſemper partes quæ ſunt diuerſe ſecundum ſubſtantiam in corporibus ſeparari poſſunt uno ingenio ſiue inſtrumento, ut eſt uidere in labiorum cõpoſitione, in eorum muſculis & cute, quæ ab ipſis nõ poteſt excoriari, ſed bene per ebulitionẽ in cacabo aliquo modo ſeparatur. quare hic cognoſcere ſufficiat partes iſtius cutis ex diuerſitate ſubſtãtię, coloris, & duritiei. In qua qdẽ cute ſunt uenulę ꝑ tenues capillares ad nutriendum ipſam, etenim ſub iſta aggregata cute poſt excoriationem imediate pinguedinem notabilem uidebis, uerum in nouiter natis & in aliquibus corporibus macris fame, aut aliqua alia cauſa, ut fuit uidere anno penuriæ infeliciſſimo .1527. utputa egritudine uel ætate conſumptis, nulla aut pauca eſt, quam pinguedinem oportet ultima diligentia amouere, ſi uis inuenire panniculum carnoſum Auicẽnæ totius corporis inuolucrum, quod muſculum membraneum Galenus primo & tertio de anatomicis aggreſſionibus appellauit, tametſi in tertio membranam dicat. In eleuatione tamen pinguedinis, duas uenas in ipſa pinguedine aſcendentes ad mamillas & maxime in mulieribus ſeruabis, ut uidere poſſis inceſſum earum, a matrice ad mamillas. quarum proceſſum uide-

bis in diſſectione matricis & mamillarum. quare ſeruande ſunt uſque ad matricis, ſiue uteri anatomiam.

¶ De dignotione panniculi carnoſi, ſiue muſculi membranei, uel totius corporis inuolucri. Cap. III.

E Leuata pinguedine ſi pinguedo erit, quoniam in macris pauca apparet (ut dixi) pinguedo, ſed ĩ pueris nouiter natis nulla ẽ, uidebis pãniculũ, q coopit mirach ſiue abdomẽ dixeris, qui pãniculus nõ eſt albus, ut eſt ſiphac ſiue pitoneus, ſed tendit ad rubedinẽ, neque eſt ita tenuis ſicut peritoneus, ſed craſſior craſſitie notabili ipſo, ſubſtantia cuius nerua uidetur, ſiue ſimilis multarum cordarum latarum & membranoſarum aliquorum muſculorum noſtri corporis, & habet hincinde partes carnoſas tenuiſſimas per ipm ſeminatas, ex qua compoſitione doctiſſimus Galenus hunc muſculum membraneum primo anatomicarum aggreſſionum appellat. Et habet ortum, ſiue maiorem adherentiam in dorſo a ſpinali parte, in quo loco uidebis plures neruos a ſpina ad ipſum uenientes, & ſunt tenues, hic panniculus procedendo uerſus aſcellam uidetur habere manifeſtiorem partem carnoſam quam in aliis partibus, non tamen ita manifeſta & lata ſicut in brutis, & procedendo hic pãniculus mittit quaſdã partes chordoſas uerſus brachia per ſub aſcellas trãſeũtes ad oſſa adiutorii, & ad muſculos tam brachii quã ad illos, qui coſtas cooperiunt, quę chorde etiam ĩgrediũtur inter muſculos, & uidẽtur habere terminationes ſeparatas, ſed in ſubſtantia ſui muſculi, ſiue panniculi non ſunt ſeparate. Nota tamẽ, quod & ſi circa coſtas ſub aſcellis partes carnoſe in iſto panniculo, ſiue muſculo ſint in maiori quantitate, non tamẽ iſta pars eſt diſtincta ab ipſo toto, ita ut ſit mu-

ſculus ſeparatum, ſed eſt qm̃ in iſta parte partes carnoſe ſunt craſſiores quã in aliis locis ſit, & magis apparẽtes, neq; pars iſta ꝑcedit ita manifeſta uſq; ad dorſum, ſed minuit᷑ & uerſus dorſus eſt fere mẽbraneus, dico hoc in adultis, qm̃ in nouiter nat is ſubſtantia tota eſt carnea etiam uerſus dorſum ubi ꝑcedit, & ideo qui in hædis dicunt inueniri muſculum membraneum ultra dictum mouentem ſpatulam decipiuntur ab illa parte magis carnea dicti muſculi, quę pars in animali annoſo nõ eſt ita apparẽs. quare ex dictis Galeni dicẽtis muſculũ mẽbraneũ a dorſo oriri, oportet dicere totũ hoc eſſe muſculum membraneum, & eſſe idem cum panniculo carnoſo, & quod iſte muſculus, ſiue panniculus eſt unum membrum, & non plura, de quo Galenus pluribus in locis locutus eſt, ut patet primo & tertio anatomicarum aggreſſionum, in quibus locis uidebis clare de iſto loqui, & non de alio, ſed cum littera quandoq; confundantur ut quandoq; muſculũ & quandoq; membranam nominet hanc partem Galenus. attende animo, qm̃ uidebis ipſum loqui de uno mẽbro (teſtimonio ſenſu) quod ſi alii etiam ſint membranei muſculi, non dimiſit hunc, tametſi de aliis locutus eſt, ut clare uidere potes. Etenim in alio loco de hoc diſputabimus, & etiã uidebimus nũ qd mẽbra ſimiæ ſint penitus ſimilia mẽbris hominis, ut quidam crediderunt. Neq; brutorum membrorum plaſmatio potuit me unquam decipere, ut etiam in hominibus ſimilẽ penitus uidere deſiderem, tametſi multa ſint bruta animalia in aliquibus membris hominum multum ſimilia, ſed cũ bene conſideraueris non ex toto ſimilia ſunt, etenim differunt membra cerui a membris leonis, qm̃ differt anima cerui ab anima leonis ex proceſſu Ariſto. primo de partibus anima-

lium

lium quã ſententiã meminit Auerrois primo de anima cõmẽto.liiii.& magis illam expreſſit, ex qua membro℞ differentia diuerſificantur etiam in operationibus & motibus, Verũm hunc panniculum ſiue muſculum in brutis etiã inuenies,ſed nõ ex toto ſimilem hominis panniculo ſiue muſculo. Qui pãniculus,ſiue muſculus membraneus procedit per totum uentrem inferiorem,& medium qui pectus dicitur,ambiens omnes muſculos,tam uentris,quam pectoris & reliquas partes corporis,uidelicet caput,brachia,& crura. Et in nouiter natis iſte muſculus,ſiue panniculus,manifeſtiſſimus apparet,& diſtinctus,in qbus pueris habet ſubſtantiam,& colorem carnis,& eſt craſſus craſſitie notabili, tamen procedẽdo uerſus aſcellas attenuatur, ſimiliter & in aliis extremitatibus,ut ſunt crura,& brachia,ſed in adultis, cum ſit exiccatus,non eſt tantæ craſſitiei in omnibus partibus corporis,ſicuti in pueris, huius muſculi membranei, ſiue panniculi carnoſi,iuuamẽta ſcribere pollicitus eſt Galenus libro primo aggreſſionum anatomica℞, quæ iuuamenta non memini me legiſſe in uoluminibus Galeni, quę penes me ſunt,quoniam iuuamentũ non eſt ſubſtentare uenas tantum,ut quidã ex tertio de anatomicis dicunt, quare pro uiribus eius iuuamenta oſtendere conabor. Primum quo℞ eſt, ut ſit tutela muſculo℞ omnium corporis ab extrinſecis nocumentis,uidelicet caliditatis,frigiditatis,& reliquo℞,nam cum cutis ſit obnoxia extraneis impreſſionibus, ipſa leſa niſi panniculus iſte mediaret lederentur muſculi qui ſunt animæ inſtrumenta in motu uoluntario, qui muſculi cum ratione ſuæ compoſitionis ſint apti inducere dolorem mutata qualitate in ipſis,ſequitur motus uolun-

tarii leſio, ſiue defectus, neceſſario. Secundum iuuamẽtum eſt, ut ſi cuti acciderit ſoluta continuitas, poſſit melius per hoc membrum quod carnoſum eſt, conſolidari, etenim cu-tis ſpermaticum eſt membrum, & ideo non perfecte & faci le conſolidatur niſi per aliud quod carnoſitatis participet, ut eſt panniculus iſte, qui mediam habet ſubſtantiam inter muſculum, & membranam, tametſi in adultis membranæ magis ſimiletur, ſcio etenim quod id quod, & augetur po-teſt etiam recipere conſolidationem aut per ſe, aut ꝑ aliud ut apparet in fracturis oſſium, & ſolutione continui mem broꝶ neruoſoꝶ a proprio cambio uel ex unionealioꝶ mẽ-broꝶ, ſed cuti datum fuit hoc adminiculum quoniam eſt co opertorium tuens totum corpus, & ideo magis ab extrin-ſecis patitur & exiccatur, unde eguit auxilio, neq; pinguedo in pinguibus prohibet & ſi aliqualiter reſiſtat. Tertium iu-uamentum quod & ſenſus & ratio oſtendit eſt motus con-cuſſiuus totius corporis & aliquarũ partium coadiuuatio etenim iſte panniculus muſculi naturæ adheret, & cum ſit ambiens totum, anima impcrãte mouet totum concutien do, & iuuat cum aliis partibus. Notabis etiam in iſto mẽ-bro uenas quamplurimas pro ſui & totius cutis nutrimen-to, & ideo carnem ab ipſo in uulneratis pululare uidebis, hæc ſunt iuuamenta, quæ rationibus, & experimento uiſa ſunt mihi iſtum panniculum præſtare, quod ſi quis melius poſt me inueniet addat queſo, ut in dies ueritas magis elu-ceſcat, ac ipſe de poſteritate benemeritus ſit, hic igitur eſt muſculus ille, quem doctiſſimus Auicenna fidus Galeni in-terpres, panniculum carnoſum nominauit tertio canonis, fen. xiii. cap̃. primo, quem ſi moderni anatomiſtæ omnes

non uiderunt, aut legentes, diſputanteſq; ſuis diſtinctionibus non cognouerunt, ſuam accuſent ignauiam tam intellectus, quam manus, quoniam in indagando ueritatem nõ oportet parcere laboribus, ego nũquam in re dubia, & ſenſu, & diſcurſu quieſco, donec mihi ueritatẽ conciliem. Non ne te teſtem ueridicum habeo, doctiſſimumq; utriuſq; linguæ hieronymum ferrum tibi conſanguinitate coniunctũ. Me etiam egrotantem libentiſſime huiuſcemodi negocio præeſſe nullis parcentẽ laboribus, uigiliis, & incommodis. Sunt & quamplurimi doctiſſimi medici ex noſtris, quorum aliqui ſpectandi gratia accedunt, alios etiam, quoniam ſtudioſos cognoſco, ſepe uocaui, ne ſolus per arduam uiam ambulans peream, inter quos Victor Trincauella noſter, Donatus de Mutis, Frãciſcus Vitorius cuius animæ Deus miſereatur, qui & memoria cognominabatur, quibus primo oſtendi pãniculum carnoſum, ſiue muſculum membraneũ, uel totius corporis ĩnuolucrum, in hoſpitali diuorũ Petri & Pauli in quodam cadauere, &c. hi omnes teſtes ſunt me inuentorem fuiſſe huiuſce pãniculi noſtris temporibus, neq; alium poſt Auicennam uidebis, qui hunc panniculum uiderit, aut cognouerit, quoniam neq; Mundinus eum oſtendit ex ſuis ſcriptis, quamuis ipſe dixerit panniculum carnoſum eſſe poſt pinguedinem, quoniam neq; ortum, neq; quantitatem oſtendit, in hoc etiam deceptus eſt Iacobus Carpenſis, uir alioqui doctus, qui fatetur ſe tot homines ſeccaſſe, & quamplurimi alii etiam ut Zerbus & quidã moderni qui nomine ſolum res cognoſcunt, mirum eſt certe, neq; res inuentu difficilis eſt. Sed parcant omnes tam ſcribentes de diſſectione corporis humani, quam anatomizantes, quo-

niã confiſi in dictis,& queſtionibus per ſcolas currentibus, dimiſerunt ſenſum, & cum ipſa pinguedine amouerũt iſtũ pãniculum,& ideo oportet in iſta parte animaduertere, & in primis pinguedinem diligenter eleuare nouacula ab ipſo panniculo excoriando,quoniam eſt diſtinctus ab ipſa,qua eleuata pinguedine pãniculus imediate ſe ſe offert. Et ideo Galen9 oculatus dicebat ſecũdo de uſu partiũ corporis humani,nõ oportet cũ quis uult opæ naturæ fieri inſpector,libris anatomicis credere, ſed propriis oculis, aut ad nos accedere,aut cum aliquo eorum uerſari,qui nobiſcum uerſati ſunt, aut ipſum per ſe diligenter exercitari in anatomicis operationibus, &c.etiam me ſeccantem alii quamplurimi medici,& alterius ordinis doctiſſimi uiri uiderũt, quos fide dignos teſtes huius,& multarum aliaꝝ reꝝ a me inuẽtarũ habeo,de quibus rebus ſuo dicetur loco,inter quos fuit Mafeus de Mafeis,Franciſcus Marinus,Benedictus Arinus,& alii qui uere medici ſunt,quos honoris gratia uolui nominaſſe.Neq; deſunt grauiſſimi & alterius ordinis uiri teſtes, qualis eſt Alexander Buſinellus ſereniſſimi dominii a ſacretis,& Vicẽtius ricius ſcriba & ipſe utriuſq; iuris doctor &c. Sed his dimiſſis,poſt quam panniculum carnoſum uidiſti, ſiue muſculum dixeris,non refert,cum ſat ſit inueniſſe mẽbrum ab antiquis denominatum, quod non cognouerunt antiqui,neq; diſputare oportet, nũquid membrum hoc ſit cutis derma & epiderma a Galeno dicta,cum clarum ſit nõ eſſe,quoniam ille ſunt cum corio & eſt illa prima cutis iam dicta,& iſte panniculus ſub ipſa eſt,ut uidiſti. Scinde igitur panniculum hunc in medio a cartilagine malum granatum appellata,aut ſi lubet,in alia parte,quoniam ſub ipſo ime-

diate eſt abdomem, ſiue mirach, iſtum tamen panniculum ſeruabis, ut eius proceſſum a dorſo ad alias partes corporis uidere poſſis, & ut cognoſcas muſculos latos mouentes brachia deorſum diſtinctos eſſe ab iſto.

¶ De modo ſeccãdi abdominis partes ſeu mirach. Ca. IIII

Ciſſo, ſed non eleuato panniculo carnoſo, ſeu muſculo membranco, aut totius corporis inuolucro (ut quibuſdam hoc membrum a me illis oſtenſum nominare placet) ſtatim ſe offert mirach, quod eſt compoſitum ex octo muſculis, quorum uidelicet duo ſunt longitudinales, quatuor tranſuerſales, & duo laterales, ſed antequam ad ſeparationem iſtoꝝ, qui in unum coaleſcunt, deueniam, te animaduertere uolo, quod in diſſectione corporis humani iſta annotanda ſunt, quæ etiam Galenus annotare conſueuit. Et ſunt, ſubſtantia membri, numerus, poſitiones, figura, magnitudo, ſiue quantitas, continuatio, & operationes, de complexione uero, & aliis nihil dico, cum potius diſcurſu, quam ſenſu dignoſcantur, quas res nõ ſolum hic, ſed in omnibus corporis partibus annotabis, ut ex iſtis ſectionis beneficium habeas. Vide igitur imprimis muſculos longitudinales, qui ſunt duo, & hoc ſeccando nouacula ſubſtantiam quandam albam neruẽam, quæ ipſos muſculos longitudinales cooperit, & iſta ſubſtãtia alba, eſt chorda, ſeu chordæ, muſculoꝝ tranſuerſalium, quæ chordæ, cooperiunt muſculos longitudinales, quæ chordæ terminant hic in medio uentris, neq; dicendum eſt, quod chordæ omnes, præter diaphragmatis muſculi chordam terminẽt ad oſſa, quoniam ſunt & plurimæ chordæ non terminantes ad oſſa, ut ſunt chordæ duoꝝ muſculoꝝ in parte anteriori gulæ, quæ in me

dia muſculi parte ſunt, & partes carnoſæ ad oſſa tendũt neq; omnes cognouerunt hos muſculos, de quibus dicam dum de glotida parte ſermo erit in diſſectione colli, dicam etiam ibi ſuas utilitates, iſta ergo inciſio incipiat a chartilaginæ ſepe dicta quæ ſupra ſtomachum eſt, & procede ſecando ſecundum longitudinem corporis uſq; ad pectinen deſcendendo, & diligenter excoriando, quoniam uidebis duos muſculos deſcendentes, qui habent ortum a ſecunda coſta ex ueris, ſiue integris, quæ ſunt immediate ſupra coſtas memdoſas, & terminant ad os pectinis per chordã paruam, dico per chordam, quoniam illa ultima pars muſculi chorda eſt, quamuis ſit parua, etenim ſenſibilis eſt, & ex eius punctura uidi ſepe ſequi conuulſionem ſiue ſpaſmũ, & ſenſum doloroſum, uide ſubſtantiam ipſoꝝ, quæ habet filamẽta, ſiue ſtamina, quæ ſecundum longitudinem corporis procedunt, in qua muſculoꝝ ſubſtantia uidebis duas, & quandoq; tres diuiſiones tranſuerſales nerueas, ſeu chordoſas, iuuamentum quaꝝ neruoſaꝝ diuiſionum eſt, ne relaxentur ex extenſione accidentali, aut naturali, cum ſint carnei, & molles, quare per iſtas neruoſitates redduntur fortiores, attamẽ de iſtis neruoſitatibus nihil ſcripſerunt antiqui. Notabis tamen, ꝙ iſti muſculi non carent panniculo cooperiente ipſos, ut quidam dixerunt, hac uidelicet ratione ducti, quoniã ſat fuit naturæ dediſſe chordas alioꝝ muſculoꝝ in tutelam ipſis, ſed hoc eſt contra ſenſum, cum habeant panniculum tenuiſſimum cooperientem ipſos, quem uidebis, adhibita diligentia. Dimitte igitur iſtos longitudinales ſic excoriatos, quos potes in medio ĩcidere, aut in parte ſuperiori prope cartilaginem malum granatum dictam, ſed non ex toto

ipſos eleuabis,ut uideas reliqua,quæ ſub ipſis, & cum ipſis per conſenſum ſunt, quo facto, incipe excoriare muſculos tranſuerſales in utroq; latere,ſiue in uno ſolo,ipſos ſeparando ab aliis,etenim in quocunq; latere ſunt duo, ſe interſecantes in modum litteræ X antiquæ,ſiue in modũ chi grecæ,in quibus muſculis ſunt uili,ſiue filamenta tranſuerſaliter procedentia,ſecundum deſcenſum,& aſſenſum muſculorum,tam in carne,quam in chorda,quæ non rotunda,ſed lata ad mo dum membranæ eſt.Et ſuperior muſculus,qui deſcendens dicitur,incipit ſeu ducit ortum a nona coſta, incipiendo enumerare a prima ex mendoſis inferius, & terminat per chordam latam cooperientem muſculos longitudinales dictos.Chordas uero muſculorum tranſuerſalium aſcendentium ſeruabis,quoniam tranſeunt ſub muſculis longitudinalibus,& ita uidebis chordam muſculi aſcẽdentis bipartitam, ita quod iſta chorda amplectitur muſculum longitudinalem tam in uno quam in alio latere,& ipſum cooperit,ueluti eſſet indumentum ipſius muſculi longitudinalis, ſed ad hoc uidendum oportet paulatine,& diligenter ipſas chordas ſeparare a chorda muſculorum lateralium &c.Muſculi uero tranſuerſales,qui aſcendentes dicuntur,ducunt originem ab anchis,& ibi nouacula excoriãdo incipe, namq; aſcendunt uſq; ad capita coſtarum mendoſarum, & terminãt in chordam latam,tranſuerſaliter procedendo, in quibus etiã uidebis uillos,ſiue filamenta tranſuerſaliter procedentia tã a dextris quam a ſiniſtris,ita in parte carnoſa,ſicut in chorda,qui aſcenſus & deſcenſus filamentorum in duobus muſculis litteram antiquam X ſiue ſimilem in utroq; latere,dextero uidelicet & ſiniſtro faciunt.Seruabis tamen omnes mu-

ſculos ita excoriatos, ubi terminant per chordas, quoniam uidebis quantitatem carnoſam, & chordoſam & pániculũ ipſos muſculos cooperientẽ, etenim omnes muſculi coope riuntur proprio pãniculo, de cuius ortu nihil dicam, cum panniculus ſit quoddã diſtinctum ab oſſe, ligamẽto, neruo, & carne &c. uide etiam terminationẽ dictorum muſculorum per partẽ carnoſam terminantẽ uſque ad ſubſtantiã muculorum lõ gitudinalium, in qua carnis extremitate apparent chordæ ipſorum, quibus excoriatis, potes eos dimittere & amoue-re, ſi lubet. Poſt muſculos tranſuerſales apparent duo mu-ſculi laterales, unus a dextris, alter a ſiniſtris, qui habent or-tum in dorſo a partibus correſpõdentibus hipochundriis, iliis, anchis, & coſtis mendoſis. Sed pars carnoſa dictorum mu ſculorum nõ multum procedit, etenim parua eſt reſpectu par-tis chordoſæ, iſti muſculi habent ſua filamenta incedentia lateraliter uerſus umbilicum, tam in chordoſa, quam in car noſa parte, quæ chordæ non terminant ad oſſa, ſed uniun-tur inter ſe, & ſub chordis muſculorum tranſuerſalium deſcen dentium procedendo innituntur panniculo ſiphac, ſiue peri toneo a malo granato uſque ad pectinem. Non eſt tamen prętermittendum quod ſub muſculis longitudinalibus in par te inferiori uerſus pectinem: ſunt duæ uenæ notabiles nu-tricantes ipſos muſculos, quæ ortum habent a uena caua, & tranſeunt ad ipſos perforando ſifach, & chordas aliorũ muſculorum, quas chordas lateraliũ muſculorum oportet a ſub-ſtancia peritonei, ſiue ſiphac diligenter excoriare, quoniã ſunt multum adhærentes ipſi panniculo, neque Mondinus ipſas cognouit. Notabis etiam, quod didymi, qui ex ſubſtãtia peritonei ſunt uenientes ad ſcortum, perforant ipſas chor-

das

das muſculorum, quare in deſcenſu inteſtinorum, ſiue zirbi fit ſæpe ſciſſio chordæ, igitur apperiant oculos qui hos curare conantur., ne intromiſſione uiolenta fiat laceratio chordę, quoniam ex hoc ſequuntur accidentia terribilia, ut ſunt dolores, ſpaſmus, & etiã mors, caueant etiã qui per iciſionẽ, aut itrinſecã ligaturã, ſeu ut dicũt, laqueationẽ curãt, ne in iſtos errores incidant quoniã multi decipiuntur cum maximo ęgrotantium diſcrimine. Ex iſtis habes omnia notanda, quę ſuperius dixi, neq; expectes ęgritudines poſſibiles euenire mẽbris corporis in hoc libello uidere, niſi forte quaſdã, de quibus incidentaliter poſſet rationabiliter mentio fieri, quoniam deo fauente de ipſis in alio iam incepto libro ſcribere decreui, ſed id quod te hic annotare rogo, eſt ut uideas chordas dictorũ muſculorum uentris, que nõ mouent, aut eleuant oſſa ponderoſa, ſed ex eorum utilitatibꝰ una eſt, ut deſeruiant expulſioni ſuperfluitatum tam fecalis, quam urinalis, ut docte dixit Galenus primo de tuenda ſanitate, & in libello de motu muſculorum, coadiuuante diaphragmate, & aliis, & ideo non eſt dicendũ, quod chordę datæ ſunt muſculis tantum qui oſſa mouent, aut erigunt, ſed melius, & rationabilius eſſet dicere, chordas datas eſſe illis muſculis qui plurimum in motu & geſtatione laborãt, & hoc ne laxentur ſi tantum carnei fuiſſent, quod hic factũ fuit, ut ualeant onus inteſtinorum, & fœtus in mulieribus ferre, ſed in fine muſculorum longitudinalium ſunt duo muſculi parui procedentes uerſus inguina, & ideo ſerua ipſos uſq; ad anatomiam uirgæ.

¶ De pãniculi peritonei, ſeu ſifach & omenti, & uenæ umbilicalis anatomia. Cap. V.

P Eritoneon ,ſiue ſifach eſt pãniculus,ſiue mẽbrana
quæ apparet ĩmediate poſt amotionem octo mu
ſculoꝝ uentris,& eſt tenuis,durus tamen , ut onus
inteſtinoꝝ matriciſq; in muliere ſuſtinere poſſit , eſt tamen
magis compactus circa inguina , ubi frequenter ſciſſiones
accidere ſolent,unde & omentum aliquãdo,& inteſtina ſæ-
pe prominẽt , ad ſimilitudinem apoſtematis,qui tamen tu
mor non eſt apoſtema,quoniam in ipſo non ſunt tria gene
ra ægritudinum , quæ faciunt apoſtemata,neq; ſequitur , ſi
quis dicat,eſt tumor,igitur apoſtema,cum tumores ſæpe ap
parere conſueuere abſq; apoſtemate. Caueãt igitur qui fer
ro bubones incidere ſolent,ne decipiantur,diſcantq; diffe-
rẽtiam inter tumorem,apoſtema,& rupturã peritonei &c.
Vide ꝙ iſte pãniculus cum tranſit uerſus inguina,& ad bur
ſam teſticuloꝝ in illa parte firmior,atq; craſſior eſt,aduerte
etiam ꝙ in iſto panniculo omnia membra naturalia cõti-
nentur,uidelicet epar,ſplen,ſtomachus,ſeu uentriculus,in-
teſtina ,renes,teſtes,& reliqua omnia,ut ſunt uaſa ſpermati
ca,ueſica,& eoꝝ meatus urinam deferẽtes,quæ omnia ſunt
amplexa,ſeu cõtenta ab ipſo ueluti in ſacco,& adheret dia-
phragmati,& muſculis uentris,ut dictum eſt,adheret etiam
dorſo,& reliquis partibus,ut uidebis ipſum excoriando , &
cum deſcendit in ſcortum,ſeu burſam,continet teſtes,& in
muliere continet matricem,quem panniculum,ſi lubet,ex-
coriabis manibus,& unguibns,quoniam unus eſt continẽs
omnia dicta membra.Ego uero ſæpe ipſum excõriaui , ex-
traxiq; eum cum iam dictis mẽbris extra,& ſic reliqua mẽ-
bra contenta,per inciſionem inſpexi, ſed antequam ad ſe-
ctionem iſtius panniculi accedas , ſeruabis uenam umbili-

calem integram, quæ conſtat ex una uena tranſeunte ad ca uum epatis, & duabus arteriis, que tráſeunt per inguina, & anchalia uerſus dorſum ad arteriam aorti, que arteria tranſit ad cor per ſpinam dorſi, ibique in anchis ramificatur ad plures partes, & ad ipſa inguina uſque ad umbilicum, conſtat umbilicus ex alia uena que urachialis dicitur, tranſiens ad ueſſicam. Et ut poſt excoriationem ipſius compoſitionem ſubſtantiam, poſitionem, & colligantiam habere poſſis, dimitte iſtam uenam umbilicalẽ ſic, & uide, reliquas partes, quoniam non potes uidere proceſſum dictarum uenarum componẽtium uenam umbilicalem, niſi poſt ſciſſionẽ peritonei, quia panniculus iſte impedit ne uideatur proceſſum uene tráſeuntis ad concauum epatis, per quam uenam infans in utero ſugit ex puriori ſanguine a ſecundina ꝑ ſui nutrimento, in adultis uero non ſine labore cauitatem iſtius uene cognoſces, quoniam eſt fruſtrata ab operatione, & ideo oportet imponere radium per ipſam, & ſic uidebis tráſitum uſque in ſubſtantiam cauitatis epatis, in quo figitur, & ramificatur ad omnes partes epatis, attamen extra epar una tantum eſt uena uſque ad cutem umbilicalem. Sed cum exit cutem, & tranſit ad ſecundinam, ramificatur in duas partes, & in proceſſu ille partes ad ſecundinam tranſeuntes ramificantur ad plures ramos, ut facilius undequaque ſanguinem a ſecundina trahere poſſit ad nutriendum fœtum. Neque attendas uerbis Auicenne, & mundini dicentium, dictam uenam deuenire ad gibbum epatis, cum ſint contraria ſenſui. Sed qualis ſit error tranſcriptorũ uidelicet, uel auctoris, cogitẽt qui ſenſu, & ratiocinio cognoſcunt, ſed utilitas duarum arteriarum componentium umbilicalem ue-

nam eſt,ut per ipſas,quę traſeunt ad magnam arteriam uſ
que ad cor,refrigerentur ſpiritus, quoniam infantes in ute
ro materno non reſpirant per tracheam & os &c.ſed offici
um uenę urachialis , quę per medium tranſit ad ueſſicam
eſt,extra mittere materiam urinalem,quam urinam uide-
bis in nouiter natis,ſi ducẽdo ſumẽ manu comprimes uer-
ſus umbilicum,etenim ſic faciunt obſtetrices, antequam li
gent,& abſcindant umbilicalem a ſecundina, quare ſi hoc
ſcire deſideres,in nouiter nato uidere oportet. Non ingra-
ta hic erit ſpeculatio, uidelicet nunqd in inteſtinis nouiter
nati reperiatur materia fecalis, & uidetur quod ſic , quoni
am nouiter nati antequam cibentur, egerunt per ſeceſſum
materiam quandam quandoq; croceam , & quandoq; ten-
dentem ad uiriditatem,quare dicere quis poterit feces repe
riri in inteſtinis nouiter natorum,tu tamen reſponde uerũ
eſſe in iteſtinis repiri materiã cholericam uitelinã , uidelicet
per admixtionẽ cholerę, & flegmatis , ſiue ut aiunt ex bili
& pituita , & quandoq; etiam uiridis eſt ex admixtione ali-
cuius humoris ſuper calefacti & uſti &ſic dicere potes,quod
in inteſtinis non ſunt materię fecales ex ſuperfluitatibus
ſtomachi, que in comedentibus ſiue ſummentibus cibum
per os recipiunt formam in inteſtinis poſtquam facta fuit
ſuccio a uenis meſeraicis,nam in fluxu proueniente a meſe
raicaq; oppilatione apparent ſiue deſcendunt feces liqui-
de & non formate,ſed in pueris nouiter natis ſunt quedam
materie,quę traſmittuntur a chiſti felis ad inteſtinum per
meatum qui tranſit ad ipſum,& ibi fit admixtio cum aliqui
bus partibus flegmaticis,quę ſunt ſuperfluitates nutrimẽ-
ti inteſtinorum,quę materia ſic mixta expellitur poſt quã

infans in lucem deuenerit uirtute expulſiua excitata ex aeris frigiditate reſpectiue ad intrinſecum uteri calorem &c. & ſic non ſunt ſuperfluitates uere fecales, a ſtomacho uidelicet, ſed illorum dictorum membrorum, & ideo in utero non egerunt infantes, cum non nutriantur per cibum ſumptum per os, & ad ſtomachum demandatum, ſed per dictã uenam umbilicalem ducentem ſanguinẽ ad epar, a quo ſanguine nil reſecatur, niſi urinalis, materia, quę eſt colamentum ſanguinis. Et ideo infantes in utero per urachium naturaliter, & non uoluntarie mingunt, ex hoc etiam uidere atq; intelligere eſt, ſtomachum nutriri ſanguine primo per uenas quoniam ut dictum fuit infantes in utero nutriuntur per uenam umbilicalem deferentem ſanguinem, neq; in ſtomacho reperitur materia aliqua que poſſit nutrire ipſum, & ideo nutritur ſanguine a uenis quę ſunt ſparſę p ipſum quod ſi in inſpectione umbilici aliquam partem aut uenam ſeparaſti, ligabis eam filo ut poſt peritonei ſciſſionem proceſſum reliquarum partium uidere poſſis. Sed ut omentũ, & reliqua in ipſo peritoneo contenta uideas, ſcinde ipſum peritoneum in ea parte, in qua minus aliis membris ab ipſo contentis nocebis, & ſtatim uidebis omentum quod deſcendit a ſtomacho, ita ut ab ipſo oriri credere poſſis, ſua ſubſtantia eſt panniculoſa, ſiue nerueam dixeris non refert, in qua multe apparẽt uenę ſeminatę ad modum ramorum arboris, habetq; quantitatem notabilem pinguedinis ipſum cooperientem, quod omentum deſcendit uſq; ad inguina, & cooperit omnia inteſtina uſq; ad inguina, & pectinem, & ibi in fundo, ſiue in extremo uẽtris figitur uerſus dorſum, & iterum reuertitur ad uentriculum, ſiue ſtoma

chum, unde dixi ipſum deſcendere, & ſic facit quendam ſinũ in modum ſacci, & eſt ampla iſta cauitas quanta eſt quantitas ipſius zirbi, ſeu omenti, & ex iſta ſic compoſitione dicũt ipſum componi ex duabus tunicis membraneis, attamen una ſola eſt quæ reuertitur, ex qua reuerſioni potius duplicatum, quam compoſitum ex duabus dici poteſt. Et ſepæ uidi ipſum alligatũ inteſtino colon & peritoneo in parte dextera prope epar, officium ſiue utilitas omenti eſt fouere inteſtina & retinere calorem, ad meliorem concoctionem, & ſuperfluitatum expulſionem. His uiſis, poteſt umbilici reliquas partes, quas filo ligaſti uidere, ſeparando eas nouacula ſeu alio inſtrumento, & uidere omnes uenas dictas componentes umbilicalem uenam & in ipſis uenis pone radium per proceſſum ſiue cauitatem ipſarum, unus quorum eſt ꝓceſſus uenæ ad cauitatem epatis quem multi moderni non uiderunt, pone etiam radium in urachium, qui trãſit ad ueſicam, ultimo uide proceſſum duarum arteriarũ ab umbilico uerſus dorſum ad arteriam aorti, ſed iſte omnes uenæ, uidētur longe melius in nouiter natis, quoniam dum ſunt in ꝓpria functione muneris, manifeſtiores ſunt, in adultis uero, cũ careant proprio officio eorum proceſſum, & cauitates non ſine difficultate oſtendimus, attamen ſemper eorũ proceſſus ad alia membra & cauitates mõſtraui &c.

¶ De quibuſdam operationibus in inferiori uentre cõtingentibus ad manualem operam ſpectantibus. Cap. VI.

ET quoniam moderni anatomiſtæ multa ſcientiæ inciſionis minus neceſſaria ſcripſerunt. Et ego multa etiam incidenter extra ſectionis ordinem dixi, ideo iuuat hic etiam quaſdam operationes manuales.

in his membris contingentes docere, tum quoniam neceſſariæ ſunt medico, tum quia etiam non ab omnibus medicis perfecte intelliguntur, quæ cum non ſine uitæ diſcrimine fiant, ideo ne in re neceſſaria, utiliq; defficere uidear, & ſi hoc ad hanc partem minime ſpectare credam, eas tamen operationes iuniores medentes non ingratum docere fore putaui cum & ipſis neotericis hoc idem uiſum optimũ fuerit. q̃ uero in uẽtre, aut in muſculis eius, uel in aliis partibus accidere conſueuere, quæ manuali egent opera, ſunt imprimis apoſtemata, aut calida, aut frigida, quæ ſæpe indigent inciſione, ſuppurata, uel eradicatione, ut ſunt nodi, & apoſtemata malancholica, quare cauendum eſt a profunda inciſione, ne chordæ muſculoꝝ incidantur, quoniam teſte Hippocrate chordæ ſeu tendones, & nerui ſunt apti ſpaſmum, ſiue reuulſionem dixeris, cauſare, & eoꝝ punctura, uel non perfecta inciſione. Secunda, quæ in inferiori uentre, non ſine diſputatione fit operatio, eſt ſutio ſolutæ continuitatis, quæ uſq; ad inteſtina procedit, uidelicet cum inciſione peritonei. Sunt & aliæ operationes quæ nõ ſine maximo diſcrimine fiunt, ut eſt extractio aquæ hydropicoꝝ, caſtrationes, lapidiſq; ueſicæ extractio &c. Sed quoniã nõ methodum medendi, aut cognoſcendi ægritudines hoc in libello ſcribere decreui, non omnes recitabo, ſed quaſdam ueluti neceſſarias, & ab antiquis non adamuſſim nobis traditas, ut ex eoꝝ uerbis uidere poteris, dicere conabor. Et imprimis ponatur cauſa exempli, ꝙ uulnus ſit in uentre cum inciſione peritonei, & ab eo uulnere exierint inteſtina, aut omentum, uel non exierint, quod ſi inteſtina exierint, quã citiſſime ea intromittenda ſunt, ꝙ ſi tumida fuerint, uino

calefacto, in quo camomilla bulierit, ea fomentando calefaciendoq; intromittito, q; ſi ita tumida fuerint uentoſitate, aut aliquo alio, ita ut nec manibus premendo, neq; mollientibus, neq; reſoluentibus iuuamentis ipſa intropellere poſſis. Vulnus ampliare neceſſarium eſt, in ea tamen parte, quam per anatomiæ ſcientiam magis carnoſam cognoueris, & minus de parte chordoſa incidere oportuerit, & hoc inſtrumento incidēte, ſed obtuſi mucronis, ita ut non ualeat partes inteſtinorum perforare, cui inſtrumento optimi operatores ſupponunt digitos aut laminam argenteam, ſiue æneam, & ſic ſecure ſecando procedūt, donec poſſint inteſtina intromittere. ſunt & ad hāc operationem perficiendam inſtrumenta apta falcis figurę cum radio in extremitate acuto, cum quo optime, & ſecure potes incidere, interponendo radium per uulnus, & perforando abdomen, acutie falcis, trahendo uerſus uulnus, & ſic dilatato uulnere inteſtina intromittere, quibus intromiſſis, uulnus ſuendum eſt modo infra dicendo, quod ſi aliquod inteſtinorum inciſum fuerit, ſcire te conuenit, an ex gracilibus ſit uel ex groſſioribus, quod ſi gracile eſt & uulnus alicuius quantitatis fuerit, hoc mortale eſſe dixit Hippocrates, q; ſi uulnus non ita amplum fuerit, ſed paruum, mortale eſt, ſed quandoq; aliqui uiſi ſunt euaſiſſe, & ſum teſtis, quoniā interfui, & medelam preſtiti, quare iſtis ſuenda ſunt inteſtina uulnerata, meliori ingenio quam ſit poſſibile, ſed quoniam quidam antiqui docuerūt cum capitibus formicarum magnarum hoc facere, quæ animalia cum ſint difficilia inuentu, ut ſint preſentia, cum forte fortuna aliquis uulneratus fuerit, & cum durum ſit etiam imaginari quomodo applicari poſſint, ut

partes

partes inteſtini iungantur per mordicationem abſciſſa re-
liqua parte corporis. Ideo ego alio uſus ſum ingenio, & eſt
modernorum operantium inuentio, optima omnium quæ
temporibus noſtris habeamus. Accipio igitur membranã
ædinam ſiue agni ſubtiliſſimam preparatam pro ſcriptori-
bus, ipſamq; incido in modum fili habeoq; acum cum ocu-
lo oblũgo, & poſt intromiſſionem, madefacio filum, ex mẽ
brana, & ſic inteſtinum leuiter ſuo eo modo quo pelliones
ſuunt pelles, & iſtud eſt ſecretum mirabile, quoniam mẽbra
na illa inuiſcat, ſiue glutinat inteſtinum, neq; ipſum lacerat
ſed uniendo partes ipſas conglutinat. Eodem modo potes
& inteſtina groſſiora uulnerata ſuere, ſi uulnerata ueneris.
Sed pone etiam omentum extra uulnus prominere, ſiue cũ
inteſtinis ſiue ſine inteſtinis, eius intromiſſioni quam citiſ-
ſime ſtudere oportet, ſi nulla in ipſo apparuerit alteratio, ꝙ
ſi aliqua apparuerit aut nigredo, aut liuiditas, tunc ligabis
partem alteratam, ſerico aut filo lineo, & ipſam alteratam
partem a ligatura infra abſcinde nouacula, ut docuit Hip-
pocrates ita ꝙ filum remaneat alligatum parti ſanæ, dein-
de ferro candenti, ubi facta fuit inciſio, cauterizabis, & ſic
reliquum intromittito, ita ut filum remaneat extra uulnus,
ut poſt caſum eſcaræ poſſis una cum filo ipſam eſcaram ex-
tra uulnus extrahere, hoc idem facere cõuenit, ſi aliqua por-
tio meſenterii extra uulnus prominuerit, & in colore alte-
rata fuerit, ut ego ſæpe feci, nam ligaui abſcindens partem
alteratam, cauterioq; ignito cauterizaui, quo facto uulnus
ſuere oportet non eo modo, quo cætera uulnera ſuũtur, ſed
alio modo ratione peritonei inciſi, qui cum ſit membrum
ſpermaticum non conſolidatur ſicut caro, ideo dicebat Ga

lenus ſexto methodi medendi, quoniam peritoneum cum abdomine ſiue mirach coaleſcere, coireq; oportet, ideo docet modos ſuendi, qui diuerſi ſunt, neq; ipſos recitare intendo, aut alios ab aliis dictos, qui & doctiſſimi & expertiſſimi fuere medici, ut fuit Auicéna, Paulus, Albucaſis & reliqui. Sed quæ facere oportet breuiter docere, ſtudebo igitur imprimis oportet habere miniſtrum adiuuãtem, qui labia uulneris manibus ipſa capiendo audacter diligenterq; teneat, congregetq; omnes partes, tam abdominis, quã peritonei inciſi. Medicus uero habeat acum mediocrem inter magnũ & paruum, & incipiat ſuere uulnus, perforando primo mirach ſiue abdomem una cum peritoneo a cutanea parte extra incipiẽdo, ſed in alio labio uulneris dimittat peritoneũ, & penetret in mirach ſolum uſq; ad aliam partẽ, perforando etiam cutem, & ſtringat ſtricte, ut labia uulneris perfecte coaleſcant, & iſto modo perforaſti tres partes uulneris, uidelicet in una parte mirach & ſifac, uel abdomem, & peritoneum, & in alia parte, uel in alio labio uulneris mirach ſolũ, quoniam ſifach dimiſſum fuit, & ratio dimiſſionis dicta eſt, quia cum ſit neruea, non poteſt uniri cum alia neruea, ſed oportet ꝙ innitatur alicui molli, pergat in latere, ubi dimiſit peritoneum, accipiatq; abdomem cum peritoneo, & penetret cum acu, & in alio labio uulneris dimittat peritoneum penetrando cum acu in abdomine ſolo, ſtringe, ut labia coaleſcant, ſicut in alio feciſti pũcto, & ſuẽdo procede uſq; quo totũ uulnus ſutum fuerit, uidelicet in una parte dimittendo peritoneum, in alia uero perforando abdomem cum peritoneo, & diſtinctio ſiue ſpacium puncti ad punctum ſit ſpacium unius digiti, ut docuit Albucaſis libro ſecũdo. cap.

octuageſimo ſeptimo. Iſte igitur modus ſuendi expertus eſt ex melioribus & ſecurioribus cæteris, ego uero non uideo quomodo poſſit bene uulnus conſolidari, ſi peritoneum in unoquoq; puncto ad aliam partem peritonei ſe cõtangat, quare &c. Reliquum eſt, ut ad hydropicoꝝ aquæ extractionem accedam quam ut ſæpe in talibus uocatus nõ ſine maximo diſcrimine fieri poſſe diuerſis rationibus affirmo, inter quas prima ratio eſt, eo quoniam aqua quando inter zirbum ſiue omẽtum & peritoneum, uel abdomem retinetur, in iſta tali inciſione uelimus nolimus oportet chordas muſculoꝝ incidere non ſm inceſſum uilloꝝ, ut optime norunt qui hanc partem uentris ſenſata cognitione cognoſcunt, neq; ipſam ex libris anatomicoꝝ tantum, habuerunt quibus libris, dicebat Galenus (loco ſupra allegato) minime credendum eſſe. A qua chordaꝝ punctura, ſiue partiali inciſione ſpaſmus ſępe accidere conſueuit, teſte Hippocrate & experientia. Secunda ratio eſt, quoniam in abſtractione aquæ uirtus in iſtis maxime reſoluitur, cum ratione debilitatis epatis male preparantis ſanguinem, pauci & refrigerati ſpiritus generentur. Tertia eſt diſcrimen, ne perforentur inteſtina uel aliquod membroꝝ quæ in ipſo uẽtre ſunt, ut eſt uena, & arteria quæ ad umbilicum tranſit & aliæ. Sed modus incidendi hydropicos, tametſi non ſine diſcrimine fiat, talis eſt, uidelicet imprimis ſituetur patiens ſtans pedibus, & rectus, habeatq; ubi apodietur dorſo, ſitq; miniſter qui manibus uentrem premens aquam in inferiori parte ducat, deinde operator cultro acuti mucronis ſcindat cutẽ per tres digitos ſub umbilico a latere ꝑ quatuor digitos manibus inferius trahendo, qua cutis ſciſſa ipſam a ſubiacen-

tibus partibus excoriabis ad quantitatem unius nodi digi
ti, ita ut uidere poſſis ſubſtantiam muſculoꝝ ſubiacẽtium,
& ſm īceſſum uiloꝝ facere inciſionem, uſq; ad locum aquæ,
& hæc inciſio fiat caute in inferiori loco excoriationis cu-
tis, & hoc ne incidantur inteſtina, quo facto foramine,
uſq; ad locum aquæ, quod cognoſcitur ex egreſſione aquę.
Pone in foramine canulam argẽteam, ſiue æneam, aut plū
beam, dimitte aquam ad tolerantiam uirtutis exire, melius
tamen eſt parce & pluribus uicibus, quā exquiſitiſſime eua-
cuare, qua quantitate euacuata, dimitte cutem aſcendere,
quoniam claudet uulnus in ſuo aſcenſu, & quando uolueris
alia die aquam extrahere, extendatur cutis inferius trahen-
do, poneq; canulam, & iterum aquam ad libitum, ſm tole-
rantiam uirtutis, extrahere poteris, ſicq; continuando uſq;
ad perfectam aquæ euacuationem. Nota tamen q̄ iſta non
eſt uera hidropicoꝝ cura, quoniam non eſt per contrarium
cauſæ, nam cōtrarium eſt reducere epar, uel aliud membrū,
ſi eſt cauſa, ad propriam temperiem, & ideo quāuis ſic eua-
cuati per aliquod tempus aleuientur, non tamen iſto tantū
auxilio ſanantur. Notabis etiam q̄ Galenus admonet nō
debere medicum accedere niſi uirtus ſit fortis.

¶ De anatomia ītestinoꝝ īcipiẽdo a recto īteſtino. ca. vii.

Quoniam uiſum eſt mihi, & ſi non neceſſariam, uti
lẽ tamen admonitionem ad quaſdam operatio-
nes manuales noſtris ſcriptis interpoſuiſſe cū no-
ſtris temporibus pauci admodum reperiantur qui ſcienter
operentur, quæ ſatis hic dicta pro loci congruitate eſſe uo-
lui, nunc ordinem uidendi reliqua membra proſequar. Igiť
eleuato omento per excarnationem a uentriculo, leuiter ta

men,ne ordo, & ſitus alioꝝ membroꝝ amoueatur, & etiam ut ſuum ortum a uentriculo habere poſſis & duplicationē inſpicias,quæ cauſat in ipſo ſacculi formam,quod ſi nō abſciſſo,ſed ad ſuperiorem partem inuerſo,ipſum inſpicere uolueris ut uenas ad ipſum uenientes uideas non ſine utilitate erit, quo omento eleuato ſiue inuerſo uidebis inteſtina replentia totum uentrem,a uentriculo infra, per totam cauitatem uſq; ad anum,quæ ſunt caua rotunda,plurimas habentia in omni parte inuolutiones,ut cibi, & excrementa debito retineātur tempore,ut melius ab epate chylus attrahatur,ſubſtantia eoꝝ alba eſt,& ex ſe,ſibiq; propria; ut teſtatus eſt a Galenus decimo de igenio ſanitatis,quod ſi nerueam dixeris,non refert,conſtat ex duplici tunica habentia omnia genera filamentoꝝ,ſiue uilloꝝ,uidelicet longos,trāuerſales,& latos,non eodem tamen modo in omnibus,quoniam in quibuſdam lateralia & trāſuerſalia filamenta ſunt magis apparentia,ut in colo, in quibuſdam magis longi & lati uilli apparent, ut in recto inteſtino uidentur, lati uero uilli in omnibus plures ſunt,& hoc,ut iſtis adiuuātibus fiat melior retentio,& expulſio in inferioribus per compreſſionem. Dixit nāq; Galenus ſexto de utilitate, ꝙ retentio fit mediantibus omnibus uillis,quare ſi de attractiua,quæ a lōgis filamētis fit,nihil dixero,ex te intelligere potes, tunicas etiam componentes inteſtina inſpicere potes,quoniā ſunt duæ quas manifeſte uidebis in illis,quæ craſſiora appellantur.Sed in gracilibus ob eius ſubtilitatem non ſine difficultate uidentur,uidebis etiam in omnibus uenas quampluri-mas,quas meſeraicas appellant quæ in aliquibus ſunt plures,& in aliquibus pauciores ſm̄ inteſtinoꝝ differentiā,quę

uenæ trahūt materiam chyloſam præparatam a ſtomacho
pro nutrimento, ducuntq; ipſam ad epar, inſpice diuerſita-
tem, ſitumq; omniū inteſtinorum, quoniam ſunt ſex nume
ro, ut uidebis, ſuā figuram in eleuatione uniuſcuiuſque par
tis uidebis, etenim pro maiori parte rotunda ſunt. Incipe
igitur in inferiori parte, a recto uidelicet inteſtino incipiē-
do, quod ligare filo in eius extremitate uerſus colum in duo
bus locis oportet, ut contenta excrementa fetida exire nō
ualeant, ſeca igitur inter ligaturam, & ligaturam ut ea ex-
carnare poſſis, ſed antequam ipſa excarnes, & a meſentereo
ſepares, notabis diligenter dictaꝝ uenaꝝ meſeraicaꝝ pro-
ceſſum per ſubſtantiam inteſtinoꝝ ad meſentereum, quæ
uenæ terminant ad uenam portæ, quæ tranſit uerſus con-
cauū epatis, & in ipſo meſentereo uidebis octo ramos ma-
nifeſtiores, ſi ſuperficiem ipſius meſenterei leuiter excoria-
bis, nota tamen, ꝙ in aliquibus habentibus uenas magnas,
aut repletas ſanguine multo, plures quam octo uidebis, iſtas
omnes uenas potes inſpicere, ſi libet, anteꝗ inteſtina amo
ueantur, quod tamen non ſine labore facies, propter molē
inteſtinoꝝ, ſed ad eaꝝ uenaꝝ clariorem proceſſum uidendū,
pone in ſingulo ramoꝝ radium, & ſic de omnibus certifica
beris, quibus uiſis, incipe eleuare leuiter inteſtina a meſen-
tereo. Et primum in ordine erit inteſtinum rectū, quod in-
cipit ab ano aſcendens recte per ſpacium unius palmi, &
quandoq; plus, ſm maiorem quantitatem, inteſtinoꝝ reſpe
ctu diuerſoꝝ corpoꝝ, quod inteſtinum hic dimittere opor-
tet, ut poſſis muſculoꝝ recti inteſtini anatomiam ſuo loco
uidere. Subſtantia uero inteſtini recti craſſa eſt, cui pingue-
do non pauca aſſociatur, & conſtat ex duplici tunica, ha-

betq; quaſdam uenas meſeraícas minutas, & non multas, hæc inteſtini ſubſtantia fere carnoſa eſt, ſed quoniam, ut dixi, cum inteſtina propriam habeant ſubſtantiam, iſta non eſt carnea, ſua figura eſt rotunda, & habet filamenta lata, & lõga, & obliqua, quæ ſunt pauca, in tunica extrinſeca filamenta lõga ſunt. reliqua uero in intrinſeca uidebis, huic inteſtino in fine uerſus anum ſunt duo muſculi, & uenæ hæmorrhoidales, de quibus dicetur ſuo loco. Notabis tamen quod, & ſi inteſtina nominibus, & differentia quadam diſferãt, attamẽ cõtinua ſunt a gula, ſiue meri uſq; ad anũ &c.

De anatomia inteſtini coli. Cap. VIII.

His uiſis, icipe amouere inteſtina a parte, ubi ligaſti & ſeparaſti ea per inciſionem a recto inteſtino, quod rectũ tendit aliqualiter ad ſiniſtrã partẽ, in fine cuius incipit colun, ꝗ inteſtinũ non eſt ita craſſæ ſubſtantiæ, ſicuti rectum, tamen craſſum eſt, & uide eius proceſſum, quoniam tranſit per partem ſiniſtrã uerſus ilia, & apodiat ſe ad renem, in quo proceſſu diuerſimode reflectitur, deinde tranſit prope ſplenem uerſus partem dexteram tendens, mox ſub epate procedens ſuperequitat ſtomachi partem, in qua parte chiſtis felis, quæ in tertia iecinoris, ſiue epatis penula eſt, ipſum colun contangit, & in iſta parte uidebis inteſtinum mutare colorem ad fuſcedinem cum citrinitate, & poſt ſuperequitationem uentriculi deſcendendo uerſus ancham dexteram adiungitur inteſtino ſacco, ꝗ ſiue cæcum dixeris, ſiue monoculum non refert, huic inteſtino ſunt ſtamina ſiue uilli lati manifeſti. reliqui uero, uidelicet obliqui & longi non ita manifeſti ſunt, ſua ſubſtantia in non conſumptis ſolida eſt, & ut de recto dixi, fere carnoſa cũ aliquali

pinguedine in quo inteſtino, & maiores, & multo plures ſũt uenę meſeraice, eſtq; hoc ĩteſtinũ celluloſum, in qbus feces formantur, & habet diuerſas inuolutiones, per quas diuerſa tãgit membra, & diuerſa loca occupat, & ideo ab ipſo diuerſæ, ac difficiles fiunt paſſiones, nam ſæpe ob uentriculi contactum, & chiſtim felis quãdo ſupercaleſit, aut aliquo alio quouis modo agitatur, fit nauſea, & ſtomachi ſubuerſio, uomituſq;, & lipotomia, & etiam ſincopis, ſi nocumentum ad os uentriculi ſiue ſtomachi peruenerit fitq; ex multiplici inuolutione excrementi retentio unde & dolor, qui colica paſſio dicitur, inſurgit. Et ex tranſitu uicinitateq; ſiniſtri renis, non ſine difficultate a dolore renali ſepenumero hanc paſſionem medici diſtinguere poſſunt, ſed quoniam nec egritudines nec cauſas hic enarrare decreui, ideo ſat erit poſt hæc ſcire, ꝙ quantitas iſtius inteſtini non in omnibus æqualis eſt, nam quandoq; inuenta eſt decẽ pedũ & ſepæ minus &c.

De anatomia ſacci, ſiue monoculi. Cap. IX.

Separato colo ab ipſo meſentereo, uiſiſq; meſeraicis uenis ad ipſum colon uenientibus, uiſaq; ſua terminatione, quæ eſt ſub rene dextero prope ancham, uide etiam inteſtinum ſaccum, ſiue monoculum dictũ, & hoc quoniam ex duobus capitibus inteſtinorum fit una uia, per quam ab una parte inteſtini deſcendunt feces ab inteſtino ileo, & ab alia parte exeunt, & ingrediuntur colon, & hoc modo uidetur unum tantum eſſe orificium, ꝙ orificium cognoſces, ex maiori duritie inteſtini in illo loco eſt tamen, ſi recte inſpexeris, unum orificium ex duabus extremitatibus, & orificiis compoſitum, locus uero dicti inteſtini eſt in latere dextero prope ancham, ſua ſubſtantia eſt

craſſa

craſſa compoſita ex duabus tunicis, ſicuti colon, in iſto etiã ſunt omnes uilli, ſed lati manifeſtiores aliis ſunt, uenæ etiã meſeraicæ in iſto non ſunt multe, ſua figura non eſt extenſa, ſed eſt ueluti marſupium pendens in capitibus duorꝫ inteſtinorꝫ, uidelicet coli, & ileon, in iſto retinentur feces, ut uirtus poſſit completum nutrimentum mediantibus meſeraicis a cibo ſumere, hoc inteſtinũ implet cauitatem dexteram īter renē & anchã, ſed ſua quantitas nõ in oībus eodem modo, eſt qm̃ in quibuſdã minus, in quibuſdã uero maius īuenitur nam quandoqꝫ ita hoc inteſtinum magnum repetitur, ut quantitatem ſtomachi excedat, ſed quãdoqꝫ mediocre eſt, & ſepe minimum, multotiens etiam non inuenitur fere diſtinctio, quoniam eſt pars quedã ueluti eſſet coli cellula maior. Et ego multos ſecaui, in quibus non inueni hoc inteſtinum magnum, immo uidetur, ꝙ ſit idem ſubſtantia cum colo ſed in iſtis inueni ſubſtantiam quandam pendentem quãtitatis unius digiti in longitudine, in groſſitie uero ſecundũ groſſiciem calami, quo ſcribo. Et quoniam hoc additamentum non inuenitur in illis, qui habent inteſtinum ſaccum manifeſtum, & amplum, ideo ſæpe cogitaui hoc additamentum eſſe ſaccum inteſtinum, quod fruſtratum fuit, ab operatione propria, tempore infantie, ut puta ex fluxu diario, nõ permittẽte feces morari in dicto inteſtino, quæ cõtinue trãſeuntes, ipſum uacuum a cibo dimiſerunt, quare remãſit ita ſine opera, & unico orificio conſtricto non potuit poſtea feces ſuſcipere, & ita deſtitutum iacet, & iſta de hoc eſt mea mens, ſi quis uero poſt melius inuenerit, addat ſcribẽdo obſecro non ſolum in iſta ſed in quacunqꝫ alia parte, ut & ipſi poſteritati ſine emulatione proſint.

De anatomia ileon. Cap. X.

V Idiſti ex dictis inteſtina craſſiora, ſecundum tres differentias, quibus diligenter a meſentereo excoriatis. Incipe etiam inteſtina gracilia excoriare quæ etiam uidebis ſecundum tres differentias, quorum primum eſt ileon, & incipit a foramine, ſiue ore monoculi, & tranſit uerſus ſiniſtram uentris partem, in quo tranſitu implet ipſam cauitatem, & loca ilia dicta, ab oſſe, quod eſt in anchis, per multas reuolutiones, etenim longiſſimum inteſtinorum hoc inteſtinum conſpicimus, & undequaq; ab anchis per uentrem circa dexteram, & ſiniſtram maxime partem inuoluitur, tamen ad ſiniſtra ipſum procedere uidebis uerſus uentriculū, ibiq; ieiuno adiungitur, & conſtat ex duabus tunicis ualde ſubtilibus & neq; celluloſum eſt ſicut colon, ſed rotondum in quo plurimæ apparent uenæ meſeraicæ, ſtaminaq; ſiue uilos omnes habet, ſed latos manifeſtiores uidebis, & quoniam ſubtile eſt, ex ſua extenſione, aut quauis alia cauſa ipſum alterante, ſequuntur accidentia terribilia, & dolores, quę ut plurimum hominem perdunt, ſua quantitas non in omnibus ęqualis eſt, ego uiginti pedum inueni, ſed ſępiſſime minorem.

De anatomia ieiuni. Cap. XI.

V Erſus ſtomachum in eadē ſiniſtra parte incipit inteſtinum ieiunum, quod in ſubſtantia, & ſtaminibus, & colore ſimilis eſt inteſtino ileo, tamen ſi diligenter inſpexeris, color iſtius tendit ad quandam citrinitatem, ex propinquo per eum tranſitu cholerę per meatum chiſtisfelis, qui ducit choleram ad inteſtinum duodenum. In iſto uero inteſtino plures, & maiores ſunt uenę meſeraicę,

quam in alio quouis inteſtinoꝝ, reſpectu ſuę quantitatis, quoniam non eſt multa, ſicut eſt ileon quantitas, immo nõ eſt maior quinq; pedum, etenim incipit in ea parte, ubi terminat ileon, tranſiens ad dexteram uerſus epar, quæ pars uidetur magis alligata meſentereo, & ideo in excoriãdo oportet te diligenter procedere, ne ordinem, aut aliquod ex uaſis offendas. Et in illa parte, uidelicet ubi terminat ileon, incipit apparere quaſi uacuũ, dico hoc, quoniã uerſus duodenũ ieiunum uacuũ, uidelicet a fecibus eſt. Sed uerſus ileon omnino aliquid continet, in qua parte inuoluitur, ſed in aſcenſu recte uerſus duodenum procedit, & ſic ſm partem illud inuolutum, & ſm partem rectum uidebis. Rationes cur uacuũ ſit dixit Galenus quarto de uſu partium, uidelicet propter multitudinem uenaꝝ attrahentium chilum, & mordacitatem cholere tranſeuntis, & ſtimulantis expulſiuam &c. hoc inteſtinum eſt quintum in ordine, quo excoriato, ligare oportet principiũ inteſtini duodeni filo ſub poro felleo, ad ipſum inteſtinum ab epate deſcendente, duobus in locis, ne excrementa putrida exire ualeant, & ipſum abſcindere inter duas ligaturas, dimittendo inteſtinum duodenum in ſuo loco, ut (ſi lubet) anatomiam, & proceſſum octo, & plurium quandoq; ramoꝝ uenaꝝ in meſentereo uidere poſſis, quæ uenæ ad plura membra & ad ſtomachum tranſeunt, uidebis etiam meatum a chiſtifelis ad ipſum deſcendentem; quod ſi quantitatem omnium inteſtinoꝝ ſcire deſideras, ipſa inteſtina abſciſſa menſurare potes. Notabis tamen eandem quantitatem inteſtinoꝝ (ut dixi) non eſſe in omnibus, quoniam quibuſdam ſunt longiora, quibuſdã uero breuiora. Poteris etiam & diuerſitatem ſubſtantiæ inſpicere, ablu

tis imprimis ipſis,& inciſis ſm longitudinem,ſed longe melius uidebis per ebulitionem,etenim & tunicas facilius ſeparabis,& ſtamina, ſiue uillos omnes manifeſtiſſimos & eorum proceſſum uidebis,ut ſepe expertus ſum.

De anatomia duodeni. Cap.XII.

Hoc eſt ultimum inteſtinorum,duodenum dictū,quoniam ſua quanitas eſt ad menſuram duodecim digitorum, dico ultimum incipiendo enumerare a recto inteſtino,quod ſi magis ab iſto duodeno quis enumerare ceperit,hoc erit primum,ſed quoniam iſta ſunt ad placitum non refert,ſiue ab iſto,ſiue ab illo enumerare incipies, uide pricipium huius inteſtini, quod eſt in fine ieiuni in dextera parte,& tendit recte ad portanarium ſtomachi, ſiue pylorum dixeris,nō refert,quoniam(ut dixit Galenus) maior utilitas eſt in rei cognitione,quam in nominum differentiarū queſtione.Quare,ille qui medicorum errata ex aliis in unū congeſſit,ſatis friuole in eos inuehitur,qui duodenum pylorum nominare uoluerūt,(ſi uera retuliſſet)cum & p quantitatem,& ſubſtantiam omnibus illi clare oſtendant duodenum a nobis appellatum,ſe ſub nomine pyloron inteſtinū declaraſſe,& id,quod alii ſub nomine duodeni,quod ad portanarium terminat, quem locum greci,& iuniores medici, pylorum uocant, ipſi cum quantitatem & ſubſtantiam & meatum fellis ad ipſum uenientem oſtendant, duodenum ab aliis dictū deſcribere uoluerunt,neque illi pretermiſſerunt orificium ſtomachi,per quod que in ſtomacho ſunt digeſta, ſiue non digeſta ad inteſtina tranſeunt. Quare cum in quā plurimis cognoſcēdis erroribus antiquorum ipſe errauerit, in iſto etiam alios errātes accuſando(cum hic nullus ſit error)

ſe magis aliis errare demonſtrat &c. uidebis igitur hoc foramen in fundo ſtomachi, quod portanarium, ſiue pylorꝫ dicunt. Per quod (ut dixi) tranſit materia, quę in ſtomacho eſt ad inteſtina, & ad nutriendum, & ad expurgandum, neqꝫ inconuenit, ꝙ uni membro plures datæ ſint utilitates; ad iſtū etiam inteſtinum uidebis trāſire meatum chiſtisfelis, & in eo figi inter tunicam & tunicam ipſius, quare in iſto oporter caute procedere, ne ipſum meatum felleum frangas, habet etiam hoc inteſtinum omnia genera ſtaminum, lata tamen manifeſtiora ſunt. Habet & uenas meſeraicas quam pauciſſimas reſpectu alioꝝ, ex dictis uidiſti omnia inteſtina quæ tam & ſi plurima nomina ſortita ſunt, attamen unum continuatione eſt, quod a recto uſqꝫ ad ſtomachum procedit, & alligatur dorſo per meſentereon, cū quo meſentereo & ſtomacho etiam dimittere oportet, duodenum inteſtinū, cum poro felleo, ut reliqua dicenda melius uidere poſſis.

❡ De anatomia meſenterii, & uenarum in ipſo contentarum. Cap. XIII.

A Dorſo procedit hęc pars dicta meſentereon, quam a peritoneo cooperiente dorſum oportet excarnare, ſua ſubſtantia eſt diuerſa, uidelicet panniculoſa, & glandoſa, cum notabili quantitate pinguedinis, cui etiā ſubſtantiæ meſenterei ſunt uenæ fere innumerabiles; quæ omnes procedunt a uena portæ, quæ a concauo epatis deſcendit, & per ipſum miſentereum ramificatur ad plurimas partes (ut dixi) & ad inteſtina, & alia membra, uidelicet ad ſtomachum, renem & ſplenem, in quo meſentereo ſunt etiā arteriæ quæ ad inteſtina tranſeunt; diuerſificare uidetur ſua ſubſtantia ſm locum, quoniam in parte ſuperiori, ubi alliga

tur duodeno,& ieiuno,panniculi non ſunt geminati, neq; ita craſſi,ſed eſt magis glandoſa quam reliqua inferior pars ſit,quæ inferior pars,cui alligātur reliqua īteſtina,habet duplicatum panniculum & magis craſſum,in quo minus glandoſa⁊ carnium reperitur,hæc ſubſtantia meſenterii eſt criſpa propter longitudinem,& tortuoſitatem inteſtino⁊, & procedit ſm longitudinem uel proceſſum ipſo⁊. Sed ante quā meſentereum abſcindas, uidere poteris uenam portæ, quæ ab epate ad ipſum procedit, (ſi eā ante inteſtino⁊ anatomiam non uidiſti,)ad inueſtigationem cuius oportet excoriare ſuperficiem ipſius meſenterei prope dorſum,ubi eſt inteſtinum ieiunum, & inuenies ipſam uenam trāſeuntem ab epatis cauitate per ipſum meſentereum,quæ uena cōſtat ex ſimplici tunica,& ramificatur ad cæteras partes,uide etiam ramos octo ſępe nominatos, qui rami(ut dixi)ſunt etiā plures,qui ab ipſa uena procedunt, quo⁊ ramorum dicebat Mundinus duos non eſſe apparētes ob ſui tenuitatem, ſed hoc intelligi debet in aliquibus,quoniam ego ſępiſſime oēs uidi,& etiam plures octo,in quibuſdam hominibus, quo⁊ uenæ amplæ erant. Neq; ea⁊ proceſſum recitare pigebit, nam excoriato ſuperficialiter pāniculo meſenterei ab una parte,uel ab alia etiam,ſi placet,& hoc inſtrumento non incidente,ſed aſpero ſm acutiem. Videbis primam & eſt uua parua⁊,& tranſit ad duodenum inteſtinum. Secunda uero tranſit ad ſtomachum iuxta foramen portanarium ſiue pylorum. Tertia,quæ & magis apparens eſt, & fere in omnibus inuenitur,niſi ſit exanguis,tranſit ad dexteram uentriculi,ſiue ſtomachi partem,quæ exterior eſt. Sed quarta trāſit ad ſplenem, & in tranſitu ramificatur ad ſtomachum in

inferiori parte, ex iſtis ramis reliqui quidam tranſeunt itē ad ſplenem, & reuertuntur in ſuperiori parte ſtomachi & ad os ſtomachi, & ſic ad plures ramificantur partes, quas uide, etiam una pars uenę eſt, quæ poſtea tranſit ad omentum. Quinta uero deſcendens per meſentereon tranſit ad inteſtinum rectum. Sextus uero ramus ramificatur per ſubſtantiā meſenterei ad plures, & ſubtiles partes, quæ partes tranſeunt hincinde, uidelicet ad ſtomachū, & ad omentū. Septimus ramus tranſit ad colon. Octauus uero tranſit ad ieiunum, & ramificatur etiam ad ileon. Sed quoniam (ut dixi) quandoq; & plures apparent rami manifeſti, ideo tuū erit, proceſſum omnium ramorū diligenter inueſtigare, officium ſiue utilitas harū uenarū eſt attrahere nutrimentum ab inteſtinis ad epar, & nutrire, defereq; nutrimentum ad illa membra, ad quæ terminantur, uerbigratia ad ſtomachum, ſplenē &c. hoc idem faciunt ille, quæ ad inteſtina tranſeunt, neq; errabis ſic dicere, quoniam & ſi uni membro principalis uirtus una ſit, non inconuenit, ſi alię ſecundario conſequantur quæ non principales ſunt, queſtio uero querens nunquid malancholia mirachialis in iſtis uenis reperiatur, uel alibi, non ſpectat ad hoc negotium, attamen cum hoc magis ſenſatum ſit quam in alio loco, ideo dico hic reperiri pro maiori parte, & hinc eſt quod ad iſtam paſſionem ſequitur lumborū & dorſi dolor, uiſis igitur omnibus ramis uenę portę, & eorū proceſſu, potes abſcindere meſentereum in loco ubi ligaſti inteſtinum duodenum, & deſcendendo excoriare ipſum a peritoneo, quod mediat iter dorſum, & meſentereum. Duodenum tamen inteſtinum non oportet amouere, ſed ſerua ipſum ad ſtomachi & chiſtifelis anatomiam.

De anatomia uentriculi, ſiue ſtomachi & chiſtis felis. Cap. XIIII.

VT & quantitatem uẽtriculi, & ſitum ipſius melius uidere poſſis infla ſtomachum per inteſtinum duodenum ꝙ ligaſti & hoc folle uel alio quouis inſtrumento, uel ingenio, & uidebis ſtomachum, ſiue uentriculum poſitum in medio, ſub diaphragmate, tendentẽ tamen magis uerſus ſiniſtram partem, propter epar, & ibi magis eleuatur, in dextera uero tendit inferius, & ut melius eius ſitũ uideas, incide aliquas ex coſtis mendoſis, ſic & moderni anatomiſte, qui pauci ſunt, facere cõſueuere, ad oſtendendum hoc membrum, non tamen ex toto ipſas abſcindunt, ſed quantũ poſſunt ipſas uerſus dorſum flectere, quo facto, erige parum corpus ad modum hominis ſedentis, & ſic melius uidebis & ſitum & eius ſubſtãtiam, que alba eſt, & propria (ut dixi) de inteſtinis, neq; poſſum ipſam nerueam uere appellare, ſi nerueum dicitur id, quod ex neruis componitur, etenim ſi hoc eſſet, natura nõ tranſmiſiſſet neruos ad ipſum pro ſenſatione, cum non abundet in ſuperfluis, ſed quod dico de ſtomacho, de omnibus membris ad que natura neruos mittit intellige. Igitur ſua ſubſtantia alba, uel ad albedinem tendens eſt, rotunda, & oblonga aliquãtiſper curua, in qua plurimas ramificationes uenarum ipſum nutrientium uidebis, in eius uero dextera parte collocatum eſt epar deſuper deſcendendo. & tranſit uerſus ſiniſtram uſq; ad coſtas mẽdoſas. In parte uero ſiniſtra ipſius ſtomachi, ſub coſtis mendoſis apodiatur ſplen ipſi ſtomacho, ſed circa medium ipſius deſcendendo eſt ortus omenti ſiue zirbi, cuius anatomiam declaraui ſupra, ſed in fundo in parte dextera eſt orificium portanarium,

rium,ſiue pylorum,ad quod terminat inteſtinum duodenũ, per quod uẽtriculus fuit inflatus, ſed in ſuperiori parte uerſus ſiniſtram eſt os ſtomachi,cui cõtinuatur yſophagus,qui perforando diaphragma ſurſum tendit ad os,quem ſiue meri aut gulam nomines non refert,ſed in parte poſteriori alligatur dorſo ad decimum tertium ſpondile pectoris, in qua parte eſt quedam ſubſtantia carnea, ſuper quam quieſcit os ſtomachi,ne contangat duritiem ſpõdilium ſine medio conuenienti,quam carnem pancreon greci appellant quæ a latinis tota caro interpretatur,ſubſtantia ueutriculi conſtat ex duabus tunicis,ſicut inteſtinorũ ſubſtãtia,ſed iſta craſſa eſt,& carnis colorem aliqualiter extra habens, quare extrinſecam partem carneam dicũt,ſed partem intrinſecam, quoniam albior eſt extrinſeca,nerueam appellant & eſt tenuior & denſior ac aliqualiter corrugata , & aſpera , ſed quoniam cooperitur exterius quodam pãniculo ſubtili ex peritoneo a dorſo procedẽte ideo ipſum notabis,ſic & intus habet pãniculum cooperientem intrinſecam tunicam,quare non deſunt qui ſtomachum dicãt componi ex quatuor tunicis. Et habet duo genera ſtaminum ſiue filamẽtorum in tunica intrinſeca,uidelicet in interiori parte longa,& in alia parte exteriori eiuſdem tunicæ,obliqua.in extrinſeca tunica, quam carnoſa dicunt,filamẽta lata ſunt.Et hoc ut per priores fiat attractio,per obliquos retẽtio,ſed per latos una cum dictis coadiuuãtibus fiat expulſio,uide etiam(ſi lubet)uenas, quæ a ramis uenæ portæ tranſeunt,uidebis & ramũ arteriæ aorti uenẽtem ad ipſum ab ipſa arteria magna , poſtq̃ tranſiuit diaphragma , ſed neruos reuerſiuos ueniẽtes ad os ipſius uidebis , quando meri proceſſum annotaueris ſtomachi

utilitas fuit ut deſeruiret epati pro totius corporis nutrimēto neq; ſtomachus ex ſe primo nutritur, ut quidam crediderũt tñ & ſi fomētũ aliquod recipiat ab aſſumptis cibariis q ſi ab ipſis oīno nutriret̃, natura nõ dediſſet tot uenas ipſi quas uidiſti. Et quoniam dimiſſum fuit inteſtinũ duodenũ, ad quod trãſit meatus chiſtis felis, quæ chiſtis eſt locata in tertia penula epatis, ideo īſpice ipſum, qm̃ hic optime inſpicere ipſum potes, alium meatum, qui continuus eſt cũ iſto, qm̃ tranſit in ſubſtantia epatis, uidebis in eleuatione ſiue excoriatione chiſtis felis ab epate. Notabis hic etiam, quod qñq; apparet tertius meatus, qui tranſit ad portonariũ, ſiue pylorũ, ſed hoc rarũ eſt uerũ in quibus hic tertius meatus reperitur, qui tranſit ad ſtomachũ, ſi fuerit magnus, hi infelices ſunt quoniam ad ipſum uentriculum multum fertur de cholera quæ continuo hominem ad uomitum ſtimulat, potes excoriando diligenter amouere chiſtin felis a ſubſtantia epatis, & uidere eius tunicam, quæ panniculoſa eſt, ſubtilis, & dura ualde, ac ſimplex coperta panniculo cooperiēte epar, ſua figura ſimilatur paruo marſupio, & habet duos meatus manifeſtos, alterum in epate, per quem tranſit cholera ad chiſtim, & ab iſto ramificat̃ ſecũdus, qui trãſit ad duodenũ, & ut hoc oſtēdas in excarnatione chiſtis ab epate, uide quoniam ab iſto, qui ab epate procedit, uidebis iſtum ſecundum, qui tranſit ad duodenum per quatuor digitos, ſed quandoq; iſte meatus inuentus eſt maior ſecundum longitudinem, quod ſi tertium inueneris, ut ego quandoq; inueni, notabis eius proceſſum ad ſtomachum, chiſtis uero habet uillos, ſiue filamenta in interiori parte longa, & obliqua, in exteriori uero lata, ad chiſtim ueniunt, arteria, uena,

& neruus, ſed propter eoꝝ tenuitatem, in omnibus non conſpiciuntur, ego uero aliquādo inueni, ſed non omnes in uno; etenim ſemel in quodam carne conſūpto, in hoſpitali diuoꝝ petri & pauli uidi neruum tranſeuntem ad chiſtim, uidi etiā in conuentu diuoꝝ Ioannis & Pauli arteriam manifeſtam; & uenam etiam, ſed in multis non potui inuenire, quare No tent qui perfectam hominum anatomiam ſcire deſiderant eam haberi minime poſſe, niſi per plures ac per plurimas corpoꝝ diuerſoꝝ, tam in ætate, quam in ſexu & in complexione carniſq; multitudine, & macredine, ſectiones, quoniā in uno corpore quædam membra melius ſpectantur quam in alio &c.

¶ De anatomia ſplenis. Cap. XV.

Vidiſti ſtomacho iflato, coſtiſq; mēdoſis uerſus dorſum, tam a dextris quā a ſiniſtris aliqualiter flexis, corpore etiam ad ſedentis hominis modum ſituato, ſitum iocinoris & ſplenis, quare ut partes omnes iſtoꝝ membroꝝ inſpicias, ſtomacho aliqualiter, ſed non ex toto, detumefacto, relaxato uidelicet ligamine duodeni, primum uide lienem, ſiue ſplené, qui poſitus eſt in ſiniſtra parte a latere ſtomachi uerſus dorſum, ſub hipocondrio, ſubſtantia cuius eſt mollis, rara, & ſpongioſa, epatis colore nigrior, in qua filamenta mininime inueniūtur, ſua figura eſt aliqualiter conuexa uerſus ſtomachum, ubi apodiatur, ſed uerſus coſtas in rotundum eleuatur circundaturq; panniculo tenui a peritoneo orto, & alligatur dorſo ligamemto manifeſto, apodiaturq; ſiue contangit in ſuperiori parte pancreum, ſuam figuram uidebis aliqualiter quadratā. Et ſua quātitas in ſanis non eſt multa, uidi ego in multis nō eſſe ſemi

pedalem, ſed in laborantibus egritudine lienoſa, ſiue ſplene tica, maximam uidi deſcendentem inferius, & hinc inde, tumidam & duram, quare ne mireris, ſi quandoq; oblongam in aliquibus ipſam inueneris, uel alterius figuræ, circa ipſum uidebis quandoq; aliquid pinguedinis adherentis, alligatur etiam coſtis mendoſis quibuſdam tenuibus ligamētis, communicatur epati per uenam porte quam diximus tranſire ad ſplenem, cordi uero cōmunicatur per arteriæ deſcendentis ramum, nam poſtquam arteria deſcendens tranſit in uentrem inferiorem, ramificatur ad diuerſa membra, & ſic mittit ramum ad ſplenē, quem uidere debes, ad ipſum ſplenem ueniunt etiam nerui reuerſiui, qui dant ſenſum ipſi, ut dicetur ubi de inſpectione neruorū reuerſiuorū ſcribā &c.

¶ De anatomia epatis ſiue iocineris. Cap. XVI.

IN latere dextero locatur epar, iacens ſuper uentriculū, & ſub diaphragmate, ſed quoniam tempore mortis mēbra ſpiritualia multum laborant, ideo contrahuntur ad cordis tutelam, & ſpirituum unionem, ut ſpaſmata dixeris, quare in tali contractione trahunt ad ſe membra inferioris uentris, ut eſt uentriculus, ſplen, iecur, & reliqua, quare ut ea, quam optime fieri poteſt, ad naturalem locum reducantur, corpus aliquantiſper eleuari oportet ut dictum eſt ſupra, & ipſum ad modū ſedentis flecti quo corpore ſic ſituato, inſpice epatis ſubſtantiam, quæ rubea eſt, quoniam eſt ſanguis coagulatus, & cooperitur membrana ſubtiliſſima orta a peritoneo, que ſubſtātia ſimilatur carni, tamen in ipſa nō ſunt uilli, eſtq; concauum epar in parte inferiori, ubi ſtomachum cōtangit, & gibboſum in ſuperiori ubi diaphragmati per ligamentum ſatis ualidum alli-

gatur,mediante peritoneo,& alligatur etiam dorſo,ubi con tangit pancreon,ſicq; iacens ſuper ſtomachum in latere dex tero, procedit a ſuperiori parte uergens uerſus ſiniſtram ac deſcendẽdo ſub coſtis mẽdoſis amplectitur ſtomachum, in qua parte inferiori eſt diuiſum in quinque partes,quas penu las,ſiue fibras appellant, ſed iſte diuiſiones nõ in omnibus reperiuntur,ſæpe uidi ego unam tantum diuiſionem in me- dio,ubi infigitur uena umbilicalis,uidi & quandoq; duas,& etiam omnes,ſua quantitas eſt nota, intus uero per omnes eius partes tranſeunt uenæ hinc inde,ut earum compoſitio reti ſimilis appareat,quarũ uenarũ duo ſunt termini unus in concauo ubi procedit uena porta,quæ tranſit p meſente reum ad inteſtina,& alia mẽbra, de quibus dixi ſupra, quæ uena porta diuiditur in ſubſtãtia epatis ad quinque uenas p quinque penulas quæ tranſeuntes poſtea ramificantur ad plures ramos alter terminus eſt in gibbo,ubi egreditur uena chilis,cuius anatomiã ſtatim dicam, uidiſti etiam in cauita te ipſius epatis chiſtim felis pendentẽ, recipientem cholerã ab ipſo,per meatum qui manifeſtus eſt,& locatur in medio, ſiue in tertia penula,ut uidiſti in eius anatomia,nerui etiam reuerſiui dantes ſenſum ſuo pãniculo ad ipſum epar tranſe- unt,ſimiliter & rami arteriæ ad ipſum procedunt, dantes ui tam ibiq; duo manifeſti apparent &c.

¶ De anatomia uenæ chilis,ſiue cauæ deſcẽdẽtis & arteriȩ aorti deſcendentis ſimul a diaphragmate infra deq; uenis emulgentibus & arteriis. Cap.XVII.

E Patis & ſplenis ſubſtantiã amouere oportet, ſed ut poſſis anatomiam uenæ chilis uidere, oportet dimittere particulã epatis in parte ipſius gibbo-

ſa,a qua exit uena chilis, ſtomachũ tamẽ in ſuo dimittito lo
co,ad neruorum reuerſiuorum & aliorum anatomiam, uide
abſciſo epate, & ſplene, uenam amplam, quæ exit a gibbo
epatis,quam uenã greci chilim,latini cauam uocant, & aſcẽ
dit perforando diapyragma uſq; ad uẽtriculum dextrũ cor=
dis,ibiq; figitur in loco,quem cordis auriculam uocant,ac ſi
ab ipſo oriretur,& conſtat ex una tantum tunica pannicu=
lari ſubtili, in qua omnia genera uillorum ſunt,eſt quæ pro=
pe cor iſta uena craſſior & durior, quoniam ſanguis in cor=
de calidior & ſubtilior eſt,& ideo duriori & ſpiſſiori pariete
indigebat,ut melius contineretur, dixi ſupra ꝙ iſta uena in
ſubſtantia epatis ad plures partes gibboſe partis ramifica=
tur, ſed notabis ꝙ uerſus cauum etiam ad minimas partes
ramificatur, qui rami minimi uniuntur de facto cum ra=
mis uenæ portæ,quod melius uidebis, ſi epar ꝑ aliquos dies,
ut maceretur,dimittas, deinde in cachabo cum aqua ad per
fectam carnis coctionem bulieris,etenim ſic facilius carnem
a uenis ſeparabis, & uidebis ſubſtantiam uenarum inter ſe
complicatarum in retis modum, ſed quoniã nõ paucæ ſunt
difficultates inter medicos, & philoſophantes de ortu uena
rum ac pariter arteriarum, & neruorum,nunquid uenæ ab
epate, arteriæ a corde, nerui uero a cerebro primo oriãtur.
Scire ĩprimis oportet, ꝙ Deus glorioſus donauit ſpermati,
uirtutem iuſtitialem, ut omnes affirmant tam philoſophi,
quam medici,per quam uirtutem omnibus partibus princi
palibus eodem tempore,pro indiuidui, terminatæ uitæ, cõ
ſeruatione neceſſaria præparẽtur, ꝙteſtatus eſt Ariſtoteles
& ſuus fidus interpres Auerrois dicens, ꝙ agẽs dans formã
dat etiam omnia,quæ formæ neceſſaria ſunt,neq; informa

retur ſubiectũ tali forma deficientibus neceſſariis, qua propter, melius eſt dicere, ꝙ a uirtute ſpermatis, generantur primo tria illa membra principalia eodem tempore cum ſuis neceſſariis inſtrumentis; quæ ſunt arteriæ, uenæ, nerui, & alia ſi qua ſunt, neque unum pendet ab alio tam & ſi uirtus unius mẽbri uidelicet epatis ſit nutrire & augere etenim hoc in omnibus partibus recipitur & etiã in oſſibus, & ideo ratio in iſtis non procedit quoniã alia eſt ratio ortus & alia nutrimenti & augumenti quare dic ꝙ omnia membra dicta ſunt a iam dicta uirtute & ſpermate pro forma introducenda & indiuidui conſeruatione facta, ꝙ perſuaderi poteſt quoniam uena chilis diſſimilis eſt epati & a diaphragmate infra, non uidetur primo ſumere ſanguinem a corde, ſed ab epate, quod propinquius eſt, ꝙ oſtendit, neq; a corde oriri. Eſt aliud qđ ſuadet, uidelicet quoniam ſubſtantia tam uenarum quam arteriarũ ualde diſſimilis eſt cordis & epatis ſubſtantiæ ut dixi tam & ſi neruorum ſubſtantia colori cerebri ſimilatur, non tamen ſubſtantiæ, etenim illa dura eſt, iſta cerebri mollis, neq; multum me mouet, mollities, quæ neruis ineſt prope cerebrum, cum nerui, qui a ſpina dorſi prodeunt ſint duri etiam prope nucam, quare uidetur magis coopertorio nucæ ſimilari, quam ſubſtantiæ molli neque propter hoc, ex iſta uel ex illa ſubſtantia ipſos dicerem eſſe, ſed ex propria & diuerſa ab illis ſed quid dicẽdũ de neruis reuerſiuis qui ad os uẽtriculi deſcendũt: etenim ibi molliores ſunt quare ex hoc poſſet quis dicere ipſos ibi habere ortum, ſi ubi molliores ſunt, ibi orirentur, ſed quid dicerent iſti de oſſium ſubſtantia, cum non ſit ab aliquo iſto℞. Igitur dicatur natura feciſſe iſta membra ſpermatica ex ſubſtantia pri

ma ſpermatis, ſiue ſpermatum, & ſanguinis menſtrui ſimul cum mẽbris principalibus ex diuerſa ſubſtantia ipſorum ſpermatum uel ex diuerſis partibus, neque unum oriri ab alio ſed uirtutes quæ diuerſe ſunt in ipſis manifeſtari & per ipſa inſtrumenta ad ceteras partes corporis tranſmitti quare natura nõ deficiens in neceſſariis cum ipſis principalibus mẽbris generauit etiam inſtrumenta per quæ ſue uirtutes operarentur etiam anteq̃ forma introducatur ſiue ſit uegetatiua ſiue ſenſitiua quoniam ſi primo cor debebat calefacere & epar nutrire & cerebrum animare ut ita dicam neceſſaria fuerunt primo inſtruméta neque obſtat, ſi Ariſtoteles dixerit cor primum uiuere, & ultimum mori cum hoc intelligi debeat de operationibus membri, & non de tempore, aut de prodeuntibus a membro, nam ſemper natura operatur ſecundum rei indigentiam, ut apparet de oſſibus, quæ generantur poſt membrorum principalium generationem, & iſtæ omnes materiæ ſunt diuerſe, ut dixi de ſtomacho, & inteſtinis, quæ dicuntur neruea, quorum ſubſtãtia eſt per ſe a ſpermate &c. Sed parcant philoſophi, ac medici, ſi iſta ſuis imaginationibus cõtradicunt, quoniam cum ſuper hoc ſine ęmulatione, conſiderabunt, cognoſcẽt quantum natura ſit prudens, quæ nunquam generat aliquod ſine ad ſui conſeruationem neceſſariis partibus &c. Sed iſtis diſputãtibus relictis, ad ſenſatam notitiam uenæ accedamus. Hæc uena chilis, ſiue caua, primum cum egreditur epar mittit duos ramos ſiue partitur ĩ duas uenas, qui rami ab uno ſtipite procedente a gibbo epatis ſunt, quarum duarum uenarum altera perforando diaphragma aſcendit ad cor, ut diximus. anatomiam cuius dicam ſuo loco, cum uenæ chilis aſcendentis anatomiã dixero,

xero,

xero, alter, ſiue altera pars uenæ, quæ communiter uena chilis deſcendens dicitur, tranſit inferius per dorſum a dextris una cum arteria aorti deſcendente a ſiniſtro cordis uētriculo. Et hic notabis, ꝙ uena eſt ſupra arteriam, ita ꝙ arteria magis dorſo adheret, quæ ambo, uidelicet tā uena, quam arteria, mittunt primo plures ramulos ad panniculum cooperiētem renes, & ſic procedunt ſimul ambæ, uidelicet uena deſuper & arteria inferius per dorſum, & procedendo uena mittit duos ramos, ſimiliter & arteria duos mittit ramos, primus ramus uenæ, & etiam arteriæ tranſit a parte dextera uenæ ad renem dextrum, & ingreditur in eius ſubſtantiam, & uocatur uena emulgens dextera ſimiliter & arteria procedit. Poſtea paulo inferius a ſiniſtro latere uenæ procedit unus alius ramus, & tranſit ad renem ſiniſtrum, & ingreditur in eius ſubſtātiam, ſicut in dextrum, ita & arteria mittit ramum, & uocatur uena emulgēs ſiniſtra quę uenę emulgentes ſunt amplæ notabiliter, ſed arteriæ ſunt tenues, uidebiſq; uenam dexteram emulgentem breuiorem ſiniſtra, ita etiam in arteriis uidebis. Et ut melius proceſſum, & ingreſſum uideas, pone in unoquoq; radium, ſiue ſtilum per uenā penetrando ad ſubſtantiam carnis renum, etenim ramus uenæ, & ſimiliter arteriæ tranſiens ad renem ſiniſtrum procedit ſupra dorſi ſpinam & hoc quoniam uena & arteria ſimiliter eſt in latere dextero, a quo procedunt rami. Poſtquam uena, & arteria miſerūt quatuor dictos ramos qui ſunt duæ uenæ emulgentes, & duę arteriæ, tranſeuntes per dorſum tam uena quam arteria deſcendunt per directum mittentes plures ramos ad diuerſa membra, uidelicet ad dorſum, qui rami etiam aliquid ingrediuntur inter ſpondilia, & per fora

mina, a quibus prodeunt nerui ad nucam, & etiam ad inteſtinum rectum a quibus fiũt uæne hemorrhoidales, tranſeũt etiam aliqui ad ueſſicam, & uirgam, & in mulieribus, ad matricem, quæ autem in dorſo ramificantur, nõ ſolum ad ſpõdilia tranſeunt, ſed ad muſculos ibi repertos, tam pro nutrimento quam pro uita, qui etiam rami tranſeunt ad muſculos uentris, & panniculos & ad uentris pinguedinem faciẽtes illas duas uenas aſcendentes ad mamillas, qui ramificãtur ad ceteras partes uſq; ad cutim &c. ſed uena magna & arteria poſtquam tranſierunt ſpondilia renum, bifurcantur ad duas uenas notabiles prope os ſacrum, quæ uenæ tranſeũt p inguina ad coxas, una, uidelicet a dextris, altera a ſiniſtris. Inſpice imprimis arterie ramos, quoniam uidebis eos procedere uerſus ueſſicã, qui rami poſtea procedentes, uſq; ad umbilicum tranſeunt, componentes umbilicalem uenam cum aliis, ut dictum fuit ſupra de umbilici anatomia, ſed rami tam uenæ quam arteriæ qui per inguina trãſeunt ad coxas, antequã in coxas deſcendant, mittunt multos ramos ad os ſacrum, & muſculos uicinos, & ſic procedẽdo per ramificationes tranſeunt ad pectinem, & alias eius partes, uidelicet ad ſcortum, & ad uuluã in mulieribus, ſimiliter & arteria ramificatur ad plures partes, & quoniam quandoq; iſte ramificationes non apparẽt omnes, aut quia uenæ exãgues, aut tenues ſunt, ideo ut aliquo pacto de ipſis noticiam habeas, ſcinde tam uenam, quam Arteriam magnam quoniam in eius ſubſtantia uidebis foramina quæ tranſeunt ad illas partes in quibus foraminibus potes ſubtiliſſimos ſtilos imponere, & certificaberis per totam ſubſtantiam tam uenæ, quã arterie, Et hoc quãdo per excoriationem non poſ-

ſunt inueniri rami, & eorū proceſſus uidebis, & hoc tam in dorſo quā in coxis & aliis partibus corporis iuuat ad ortū, & proceſſum ramorū tam uenarū, quam arteriarū ſciendum, unum tamen non prætcribo, uidelicet q multo plures rami uenæ, chilis procedunt ab ipſa uena ad muſculos, & ceteras partes corporis, quam rami arteriæ aorti ad huiuſcemodi membra. Reliquum eſt poſtquam uidiſti proceſſum uenæ, & arterie per dorſum ad dictas partes, ut uideas & reliquas partes tā uenæ, quā arterię, quæ ab oſſe ſacro ut dixi bipartitæ trāſeunt ad coxas & ad crura ſed quoniam dictum fuit de proceſſu ramorum tranſeuntium ad inteſtinum rectum, uirgam, & ad alias partes ideo ne ordo ſecandi intercidatur, eſto memor has uenas & arterias uidere in diſſectione illorū mēbrorū, uidelicet ueſſicę, īteſtini recti uirgæ uulue, matricis, & aliorū mēbrorū, ad quæ iſtę uenæ, & arterie trāſeunt, q̄re ad reliquū proceſſum ad coxas, ut dixi, & crura uidēdū, ſequere qui proceſſus talis eſt, rami, qui ad os ſacrum deſcēdunt uerſus coxas, poſtquam miſerunt ramos dictos ad ſua membra, deſcendunt per interius ipſarū coxarū, ſiue per domeſticam partem, & in proceſſu mittunt ramos quoſdam ad muſculos, quorū ramorū unus manifeſtiſſimus eſt, qui tranſit ad muſculum, qui eſt ſuper iuncturam anche, & ſciæ, & hinc eſt q phlebotomia uenæ ſcię confert dolori ſciatico, qui proceſſus uenæ uſq; ad iſtam iuncturā fuit occultus Auicennæ, & aliis, ut patet ex ſuis dictis capitulo de phlebotomia, ſed poſtquam uena miſit iſtos ramos ad iſtam iuncturam, & etiam ad alios muſculos, eius magna pars, & principalis tam uenæ quam arteriæ deſcendit uerſus iuncturam poſteriorem genu quā & poplitis iuncturam uocant, ibiq; diuiditur ſiue

ramificatur in tres ramos. Et maior iſtoꝝ deſcendit per partem domeſticam uerſus clauiculam uſq; ad pollicem digitū, in quo deſcēſu plures ramos mittit ad muſculos, & iſta uocatur uena ſaphena, alius ramus obliquatur ſub genu, & tranſit ad partem extrinſecam cruris deſcendendo uerſus clauiculam, & ibi apparet, & procedit ad pedem uerſus digitum minimum, & ibi ramificatur, & iſta uocatur ſciatica, tertius uero ramus procedit inter duos dictos ramos, ibi in iunctura poplitis, & ad muſculos exteriores cruris. Et mittit etiā quoſdam ramuſculos ad īteriores muſculos, qui tranſeunt uſq; ad clauiculam domeſticam, ibiq; profundantur procedēdo ad plantam pedis. Ex dictis habes proceſſum tam uenæ chilis deſcendētis, quam arteriæ aorti, & hoc quoniam concomitantur ſimul, ſed hoc non eſt ſemper, quoniam & ſi arteria ſemper reperiatur cum uena, non tamen ſic eſt de uena, quoniam ſępe inuenies uenā ſine arteria & hoc eſt cōmune omnibus corporis partibus, ſed quoniam iſta ſunt deſiderata, uidelicet ꝓceſſus uenaꝝ, quæ phleborom antur, ideo non pigebit me dicere de ipſis etiam in anatomia cruriū, & ibi erit locus uidēdi (ad clariorem doctrinam) ſuum ꝓceſſum. Eſto etiam memor ꝙ ſubſtantia uenæ, ut dixi, ex una tantum cōſtat tunica, quæ habet omnia genera filamentoꝝ, ſed arteria ex duplici tunica, & magis dura cōponitur, quidā hic ex concomitantia arteriæ ad uenam ſaphenam dicunt rationem maioris debilitatis in phlebotamia, ſiue apertione uenæ ſaphenę quam in apertione aliaꝝ eſſe ex reſolutione ſpirituum ab ipſa arteria reſudantium in ipſa emanatione ſanguinis, propter concomitantiā eoꝝ, ſed melius eſt dicere, ꝙ debilitas maior ex aliis cauſis ſequatur, quarum prima eſt qa

per flebotomiam, ſiue apertionem uenæ ſaphene ſeu ſciaticæ, qualiſcunq; duarum ſit, euacuatur primo ſanguis a corpore epatis, cum uena iſta procedat ab epate ad crura, & ſic epate exinanito, ſubingreditur, ne detur uacuum, ſanguis a uētriculo dextero cordis ad epar loco euacuati ſanguinis, quare ſiniſter uētriculus dextero impartitur aliquid, & ſic fit ſpirituum innanitio per id quod a corde ad epar tranſmiſſum fuit de ſanguine ſpirituoſo, quod ſi unum pulcherrimum, & anatomicū addere uolueris, ingenioſa, & uera erit cauſa uirtutis debilitatis, & eſt quoniam quidam rami arteriæ procedunt ad uenam & in ipſam ingrediūtur, & iſti ſunt noti bonis, & oculatis anatomiſtis, quare in emiſſione ſanguinis a uena ſubingreditur ſpiritus in ipſam uenam, unde facta aliquali ſpirituū arterię inanitione ſequitur debilitas maior, ſed pręcedens ratio, uerior eſt, & hæc ſatis dicta ſint.

¶ De ſectione renum, & uaſorum urinalium uſque ad ueſſicam. Cap. XVIII.

EX proceſſu uenæ chilis, & arterię aorti, uidiſti duas uenas, duaſq; arterias tranſeuntes ad renes, quas uenas emulgentes, & arterias emulgentes nominant, quæ ambo figuntur in ſubſtantia renum, ut mundēt ſanguinem, & ſpiritus ab aquoſitate ſua, & ideo iſtæ arteriæ emulgentes fuerunt magne, reſpectu quantitatis renū, quoniam illæ arteriæ, quæ occurrunt mēbro pro uita, non ſunt ita ample, in paruo membro, niſi ſit meatus delatorius ſpiritus, a quo alii procedunt rami ut apparet in membris magnis, quæ renum ſubſtantia eſt carnea rubea dura denſaq;, figuræ oblongæ, in medio cuius (ubi cauitas quædam parua eſt) ingrediuntur dictæ uenæ, & arteriæ, quæ faciunt intus

per ſuum proceſſum ſubſtantiam quandam albicantem ner uorum coloris, quæ ſubſtantia ex panniculo uenæ emulgen tis per renem ſeminato conſtat, quæ ſubſtantia ita panni- cularis uidetur habere in mortuo plura foramina, quæ ta- men non ſunt perforata, per quæ foramina, quæ colatoriũ urinæ ſiue cribrum uocant, ſequeſtratur materia aquoſa de miſſa ab epate ad uias urinæ, quæ trãſeunt ad ueſſicam, ſed forte uiuente animali iſtæ uiæ ſunt apertæ, in mortuo non potui ipſas radio penetrare. Item renes habent cooperto- rium panniculare procedens a peritoneo, & alligantur dor ſo per ipſum ſupra lumbos, & circa ipſas renes uidebis pin guedinem notabilem, & uenas minutiſſimas in ipſorũ ſub- ſtantia ad nutriendum ipſos, uidebis etiam ramos quoſdam neruorum reuerſiuorum ultra neruos nucæ, qui nerui a nu- ca etiam ad alia membra iam nominata tranſeunt, & hinc eſt ꝙ in dolore renali os ſtomachi etiam compatitur, præte rea ren dexter eſt altior ſiniſtro, & minus elongatus a dia- phgragmate, & quaſi immediate poſt ſtomachũ prope epar ad ſpinam dorſi alligatus ſuper lumbum ut dixi, dexterũ, ſed ren ſiniſter eſt iferius ſub ſplene, dorſo etiam alligatur ſuper lumbum ſiniſtrum, ſed ut uideas ſubſtãtiã renum, & eorum partes interiores, eleua diligenter renem excoriando, ne ali- quod uaſorum frangas, primumqꝫ, quod uidere pulcrum eſt hoc erit, uidelicet ſcire nunquid foramina intrinſeca cribri ſint perforata, necne, & ideo ad hoc uidendum pone cala- mum per uenam emulgentem, & infla ipſum & uidebis re- nem intumeſcere, & tamẽ ſpiritum, ſeu uentum non uenire ad poros uritides, aut per eos exire, hoc uiſo ſcinde ipſum re nem in parte rotunda ſecundum longitudinem ipſius, & ui

debis ſubſtantiam carneam in qua ſunt cauitates albæ, ſed uerſus cauitatem, ubi ſunt pori uritides, uidebis quaſdā carunculas habentes figuram papillæ uberum, & ſunt molliores ſubſtantia renum & dicunt per huiuſcemodi papilla ſugi aquoſitatem miſſam ab emulgentibus, & per extremum papillæ mitti ad porum uritidem. Et ut melius uideas proceſſum uenæ emulgētis, & pori uritidis pone radium in uno quoq; meatu, ſiue in ipſis uenis, & eorum orificiis traſeuntibus ad poros uritides & ſic uidebis quaſdam uias ad poros uritides, ſed non in cribri ſubſtātia, quoniam per ipſum reſudat urina. Dicunt anatomiſtę, ſæpe ſe reperiſſe ſitum renum, econtrario, uidelicet ſiniſtrum ſuperiorem, dextrū inferiorem, quam rem ad hunc uſq; diem bis uidi. Et quoniam lapides in corpore humano diuerſis in locis generātur, quæ res cū ſit poſſibilis, & ſenſata, de ipſa diſputare minime uolo, ſed tantummodo uiſa referre, etenim pluries inueni ambos renes plenos lapillis, qui quādoq; fuerunt rubei, ſed pro maiori parte uidi eos coloris citrini tendentis ad cinericiū colorem, quare, qui diſtinguūt locum generationis lapillorum per colorem, errant, etenim & in ueſſica quādoq; lapis rubeus eſt inuētus me preſente, ab ex expertiſſimo inciſore Petro martyre, qui lapillo laborātes per inciſionem ſanare lobarat, pluresq; ſanat. Et ideo melius eſt dicere colorem lapillorum eſſe ratione admixtionis materiæ, & coctionis ipſius, inueni etiam lapides in poris uritidis, qui lapides magni erant, & inter cæteros ſemel inueni lapidē fregiſſe ſeu laceraſſe porum uritidem, per quatuor digitos ſub renę, & in ipſo renę erant lapilli fere innumerabiles, & maiores erant ad quātitatem paruæ fabæ, & in iſtomet erant etiā in ueſſi

ca plures lapilli, ſed reuertamur ad uidendum pororum uri-
tidorum anatomiam, uide igitur in parte inferiori cauitatis
renum, quonian uidebis uenam ſiue porum uritidem a me
dia fere ſubſtantia renis deſcendentem per dorſum ad ueſſi
cam, qui meatus habet pāniculū a peritoneo ortum ipſum
cooperientem, quē diligēter a poro excoriabis, ut ipſum po
rum melius uidere poſſis, qui per dorſum deſcendens, & uer
ſus anchas, tranſit ad ueſſicam, & cum ad eam uenerit, rami
ficatur per ipſam, uerſus collum, tamen ſepe uidi maiores ra
mos, quæ ramificatio non eſt ſeparata a ſubſtantia ueſſicæ,
ſed ut uideas eas ramificationes, amoue panniculum coope
rientem ueſſicam leuiter, quo amoto uide in eius ſubſtantia
uenulas plurimas nutriētes ipſam ueſſicā, & iſte proceſſus
pororum in ueſſicę ſubſtantia uerſus collum, ut dixit Gale-
nus ſexto de uſu partium, eſt de mirabilibus naturę, cum in-
grediantur inter tunicam & tunicam, quæ pororum ſubſtā
tia eſt ſimilis ſubſtantiæ uenæ emulgentis, ſunt qui dicunt
poros uritides eſſe ex eamet ſubſtantia uenæ emulgentis,
quæ poſtquam diſſeminatur p renem iterum unitur, & pro
cedit uſq; ad ueſſicam, cui magis aſſenciendum iudico, cum
durum ſit credere quomodo porus uritides ſit ex eadem ſub
ſtantia ueſſicæ cum conſtet tantum ex una ſimplici tunica,
ueſſica uero ex duabus, ut uidebis in eius diſſectione, tuni-
ca tamen pori uritidis dura eſt ad reſiſtendum acuitati uri-
næ. Ab ipſis renibus trāſeunt ſepe quidam meatus, ſiue po-
ri, qui ab arteria emulgenti ueniunt una cum poro uritide,
ſed hoc non uidebis in oibus, tametſi multi credidere hoc
in omnibus reperiri, eteni ego ſemel tantum uidi. 1532. in
quodam per me anatomizato. Dimitte ſic renes & poros
uritides

uritides ut uideas partes, quæ ad uaſa ſeminaria & ad ueſſi cam procedunt in eorum anatomia &c.

¶ De anatomia uaſorum ſeminis. Cap. XIX.

D Imittere oportet, ut dixi, renes, & poros uritides, & reliquas partes cum ipſis cõmunicantes, ut ſunt uenæ emulgentes, & arteria aorti, in ſuo loco, quo niã ab iſtis uaſa ſpermatica, ſiue ſeminaria originẽ ducunt, ſed quia uas ſpermaticum, eſt inuolutũ panniculo, ſicuti & uritides porus, ideo excoriato pãniculo leuiter tamen, uidebis uas ſeminarium tendens ad quandam rubedinẽ, & iſta eſt differentia accidentalis, quæ prodeſt in cognitione iſtius pori a uaſe ſpermatico, incipe a latere ſiniſtro, & uidebis cõ poſitionem eius, quæ incipit a uena emulgente, & etiam ab arteria emulgente, per unam uenam, & unam arteriam, quę ab ipſis deſcẽdunt, facientes uas ſpermaticum, uidebis etiã quandoq; arteriam aorti mittere ramum ad iſtum porum ſeminariũ, & tunc cõponitur, uidelicet ex ramo uenę emulgentis, & arteriæ emulgentis, & ex ramo arteriæ aorti, qui rami in proceſſu coeuntes componunt uas ſpermaticũ, ut dixi quandoq; ex duobus, & quandoq; ex tribus, ſed in dextera parte uas ſpermaticum oritur, a uena magna emulgẽti, & ab arteria magna aorti, aliquando ſupra renem, & aliquando ſub renæ, & non ab emulgentibus ſicut in ſiniſtro latere, ex quibus uidelicet ramis tam arteriæ quam uenę fit uas ſpermaticum ut in ſiniſtro, qui proceſſus quandoq; uidetur etiam in dextero uaſe, ſua ſubſtantia ex dictis nota eſt, ſcilicet ex uena & arteria, ex q̃bus fit unus meatus, notabis tamen ꝙ aliquando iſti rami tam uenæ, quam arteriæ non uniuntur in proceſſu, immo tranſeunt ſeparatim uſq; ad te

ſticulum, & ſic uidebis ab uno latere duo uaſa deſcendentia, uidelicet uenam & arteriam, tamen ut plurimum uidebis meatum unum, ex duobus ramis uel tribus, ut dictũ eſt & deſcendit per dorſum ſuper lumbum & ſuper os anchæ procedendo uerſus pectinem, per didymum ad teſtem in homine, dico hoc quoniam in feminis uaſa tranſeunt ad teſtes & matricem, ſiue uterum, quæ intra uentrem ſunt, in maſculis iſta uaſa cum, ſunt ad os pectinis, tranſeunt ad teſtem per foramẽ didymi, qui ex peritoneo componitur, ut dixi. Et uſq; ad iſtam partem iſtud uas uocatur uas ſeminarium deſcendens, ſiue præparatorium, quoniam præparat materiam pro ſpermate, & quoniam componitur ex uena, & arteria, ideo ſua ſubſtantia durior eſt uena, ſed prope teſticulum & circa ipſum mollior eſt, iſtud igitur uas, & dextrum etiam poſtquam ad ſubſtantiam teſticuli deuentum eſt inuoluitur pluribus inuoltionibus circa ipſum, uſq; ad fundum, in qua parte, eſt quædam ſubſtantia carnea, quam epididymum, uocant greci, ſed moderni uocãt epididymũ uenas ſuper quas uas ſpermaticum apodiatur circa ſubſtantiam teſtis, & per hoc uas dicunt mitti materiam ad ſubſtantiam teſtis, ut albedinem ibi acquirat, tamen uiæ non ſunt notæ, & in iſto uaſe præparatorio aliquando reperitur materia albicans, hoc tamen non contradicit ipſis, cum credibile ſit etiam in uaſe propinquo teſti eſſe uirtutem permutatiuam ſanguinis in ſperma, ſicut in teſte, in inciſione uero teſtis ſubſtantiæ maximæ animalis iuuenis coeuntis uidetur qđ humiditas illa in ipſo reperta ſit alba, ſatis colori ſpermatis ſimilis quamuis non ita compacta, ſed hoc melius eſſet uidendum in tauro, dum eſt ꝓnus ad coitum. Dicatur igitur quod ma-

teria ſeminis a pparatorio uaſe ad teſtẽ deducta, & per illas involutiones,& per reſudationem ad ipſum teſtem & ibi retenta albificatur,ſed poſt albificationem mittitur ad aliam partem uaſis ſeminarii,quod uas deferens uocant & in proceſſu eſt magis durum,incipitq; in ipſo teſticulo poſt dictas inuolutiones, ubi eſt illa ſubſtantia epididymum dicta, & procedit ſub ipſo aſcendendo ad pectinem,ubi eſt uas præparatoriũ, & ſimul cum ipſo per eũdem didymum ſupra os pectinis in uentrem aſcendit,& figitur uerſus ueſſicã ad eius collum,& ibi unitur cum foramine quod per uirgam trãſit, ducẽte urinam,& ſemen extra,ita q; ex tribus foraminibus, ſiue meatibus cõponitur unus meatus ducẽs urinam & ſperma,ſiue ſemẽ ad canalem ſiue meatũ,qui eſt i uirga,uidelicet ex duobus uaſis ſeminariis, & ex meatu colli ueſſicę, in qua parte,ubi cõponitur iſte meatus,inuenies carnẽ glandoſam ſuper quã collũ ueſſicę,& extremitates dictorũ uaſorũ apodiantur,ut tueatur ipſum ab acuitate urinæ,quæ carnes dum cõſumuntur accidit urinæ ardor,& eſt paſſio mala ualde. In hac parte ſenſata cadit ſpeculatio,ſcilicet,unde eſt, quod cũ uas ſpermaticũ,ſiue ſeminariũ oriatur, & a uena chili,& ab arteria aorti,ut uiſum eſt,tamẽ ex phlebotomia uenarũ circa collum,docẽte Hippocrate, ſequitur ſterilitas i homine, quod nõ uidetur rationale,ſi a cerebro nulla deſcendit uena ad cõponendũ uaſa ſpermatica.Pręterea mirabile eſt etiam quod uidimus natum ſępiſſime aſſimilari parẽtibus in omnibus mẽbris,uidelicet & in cruribus,& in brachiis,& in capite,& in oculis,& omnibus partibus,quod ſi non decideretur materia primo preparata a principalibus,& cõſequẽtibus omnibus,nõ fieret iſta aſſimilatio, nõ ſolũ in figura, &

quãtitate,ueq; etiam in colore. Pro cuius ueritatis indaga-
tione anatomiſtæ, non ignorãt tam uenaꝶ,quã arteriaꝶ &
neruoꝶ proceſſus toti corpori cõmunicari, & ſpiritũ, & ſan
guinẽ,qui generãtur in corde, & in epate, & animę uirtutes
per hos ad omnia mẽbra procedere, & per arterias & uenas,
ſpiritus & ſanguis habere fluxum & refluxũ, maxime a cor-
de ad epar primum, & ille quidẽ qui per uenas guidẽ & arte-
rias aſcẽdit ad cerebrũ, nõ ſolũ ad ipſum fluit cerebrum, ſed
refluit ad inferiora mẽbra, & hinc eſt quod ex tali reuerſio-
ne partis ſpiritus, & ſanguinis regrediẽtis poſt ſuſceptionẽ
uirtutis ꝑ alterationẽ a corde epate & etiã a cerebro quod
fit a natura recte operãte, materia ad uaſa ſeminaria mitti-
tur, pro ſpeciei cõſeruatione. Et eſt materia ſupfluẽs quę ab
unoquoq; mẽbro principali ſuſcepit uirtutem, ex qua gene
rat ſimile ſępiſſime parẽtibus, ſed hoc magis de ſpiritu dicẽ
dũ eſt, qm̃ ab ipſo uirtus informatiua procedit, ꝑ alteratio-
nẽ factã a mẽbris, & nõ ſolũ a mẽbris, ſed a partibus uicinis,
qm̃ nõ ſolũ uirtus eſt in mẽbro, ſed etiã in partibus uicinis,
ut dicitur de meſeraicis, quæ habẽt uirtutẽ ſanguificatiuam
ab epate, ſic etiã partes uicinę ꝑparant materiã pro ſperma
te per ſuã uirtutẽ, & hæc materia dirigitur per ramos tã ar-
teriæ quã uenæ ad uaſa ſeminaria, neq; hoc cõtrariatur ſen
ſui. Sed id quod tibi magis hoc pſuadere poteſt, eſt euacua-
tio electiua quæ quotidie fit a medicinis, reuertẽdo particu
lares humores a mẽbro particulari ꝑ huiuſcemodi pharma-
cũ ad uias ductuũ ſupfluitatũ fecaliũ, utputa materiæ fleg-
maticæ, ſeu pituitoſæ in dolore podagrico euacuatio, quod
ſi hoc cognouimus ſenſato experimẽto, quãto magis, id cre
dere cogimur pro cõſeruatione ſpeciei naturã facere, ſed nõ

ſolũ ſanguis retrocedẽdo ad mẽbra reuertit̃ p̱ maiores meatus, ſed etiam per minutiſſimas partes uenaꝝ, & arteriaꝝ, & ideo arteria, & uena, magna plures habẽt ramos tranſeũtes ad nucã, per quos etiã ſãguis alteratus & ſpiritus reuertunt̃ ſm indigentiã & trãſeũt ad uaſa dicta, quare ex dictis ſoluit̃ difficultas Hippocratis, uidelicet unde ſit quod p̱ inciſionẽ uenaꝝ ĩ collo ſequitur ſterilitas in homine, ſed qm̃ ex nimio fluxu ſanguinis facta fuit alteratio uirtutis cerebri, ita ut nõ poſſit p̃parare materiã aptã ad generationẽ, cũ deſcẽderit ad uaſa ſpermatica. Signũ cuius debilitatis eſt, quod iſti ſic flebothomati, facti fuerũt ſomnolenti, & infrigidati, & ſic ſemen reditur infecũdũ, qm̃ nõ habet omnes alterationes omnium membroꝝ principalium requiſitas, non enim quodlibet agit in quodlibet, ſed determinatũ in determinato, cum terminatis conditionibus.

¶ De diſſectione ueſſicę, didymoꝝ, teſticuloꝝ, & burſæ ipſoꝝ. Cap. XX.

A Ntequã uaſa ſpermatica, ſiue ſeminaria delatoria amoueãtur, inſpice anatomiã ueſſicæ inflãdo ĩprimis ipſam p̱ ſyringã, & uidebis eius quantitatẽ, & ſubſtantiã, quæ alba eſt, & propria ſicuti ſubſtãtia inteſtinorũ, & aliæ, in qua ueſſica quãplurimæ uenæ apparẽt nutriẽtes ipſam, & conſtat ex duplici tunica, ut clariſſime apparet ſi quis (diligẽter, ipſam inſpiciẽdo) unã tunicã ab alia ſeparauerit, amoto ĩprimis pãniculo procedẽte a peritoneo, qui cooperit ipſam, quod ſi tunicas diſtinctius diuidere, ſeu ſeparare deſideras, dimitte ueſſicã a pãniculo excoriatã, ut p̱ aliquot dies emarceſcat, ſed nõ ad fetorẽ, quã ſic emaceratã excoriabis, & tunicã a tunica optime ſeparabis, qm̃ ſunt duæ,

in quibus uidebis filaměta om̄nia, ſed longa ſunt pauciora, uidebis etiā ingreſſum poroꝝ uritidoꝝ in ipſa, qui ſunt uniti cū ſubſtātia ueſſicę, & in illa parte ſubſtātia ueſſicę craſſior eſt, ſm̄ inceſſum & quātitatē poroꝝ, que ueſſica trāſit uerſus anū deſcēdēdo, & apodiatur cū ſuo collo inteſtino recto, in maribus, ſed in mulieribus ſupra collū matricis, & īfra os pectinis. ſed ueſſica dū eſt plena aſcēdit uerſus ſumē, & ut dixi ſupra duo pori deſcēdūt ad ipſam, ducētes urinā in ipſam a renibus. Et ē iſte īgreſſus urinę mirabilis ad ipſam ueſſicā, qm̄ nō apparēt uiæ, ꝑ quas urina īgrediat̄, igit̄ ueſſica ē una, in cuius colli extremitate ſūt muſculi ſiue eſt muſculus cū aliquali latitudine ſtringēs ipſum collū, ne urina ante tempus ſeu cōtinuo egrediatur, & hoc fit ꝑ partē inferiorē, qui etiā muſculus in emiſſione urinæ iuuat ꝑ partē ſuperiorē ubi ueniunt pori uritides cōprimēdo in illa parte ut ea urina, que ꝑ poros ad ueſſicā trāſit tota facilius ad ueſſicā deſcēdat, q̄d ueſſicæ collū eſt craſſius corpore ueſſicæ, & habet uillos ſm̄ latitudinē, qm̄ muſculus ſm̄ latitudinē trāſit, & ideo carnoſum eſſe aiunt, & procedit tortuoſum, habēs quaſi figurā litteræ, S, antiquę in maſculis, ſed fęmellę cū paruū habeāt collū ueſſicæ, neqꝫ ita tortuoſum, hinc eſt quod ipſæ cū mingere uolūt conātur, incuruāturqꝫ, qm̄ muſculus paruus eſt propter colli ueſſicæ paruitatē, & ideo nō poteſt cōprimere, ut mingāt, ſed curuatæ cōprimūt ueſſicā inter matricē, & inteſtina, coadiuuātibus tamē muſculis uētris, & ſic mingūt, uiri uero, qm̄ muſculus maior eſt, & etiā ꝑ flexionē colli melius cōprimunt, ideo nō ita curuātur, ſicut mulieres, quāuis aliqualiter incuruētur in mingēdo, quod collū ueſſicæ apodiatur ſup duas carūculas glandoſas, unā a dextris & alterā a ſi-

niſtris,quæ carnes glandoſe,humectant ipſum,ut reſiſtat acuitati urinæ,ꝑ quas carunculas trãſeũt etiã uaſa ſeminaria,quæ deferũt ſperma ad meatũ uirgæ,ibiq; notabis tria orificia in unũ ueniẽtia,duo uidelicet uaſoꝝ ſeminis,& tertiũ colli ueſſicæ,quæ tria in unũ mittunt ad unũ cõmunem meatũ,qui trãſit ſub uirga,& per quẽ urina,& ſperma egrediũtur,ſed iſta minime uideri poſſunt,niſi os pectinis abſcidatur,quod amouere oportet uerſus anchas in inguinibus, tã ab uno,quã ab alio latere,& hoc inſtrumẽto ualido incidente os,potes etiam ſi lubet ſcindere ipſum in medio,quo abſciſo uide ipſum os pectinis,qm̃ habet ligamentũ cartilagineũ in medio,ꝑ qđ unit̃ iſeparabiliter,ſed ſeparatur ꝑ ultimã decoctionẽ,aut in cimiteriis ꝑ putrefactionẽ ligamẽti. Sed antequam os pectinis amoueas,uide duos didymos ex ſubſtãtia peritonei,trãſeũtis in inguinibus ſupra os pectinis,tã a dextris quã a ſiniſtris,& qm̃ iſti diuerſa ſortita ſunt nomina,ideo ne te nomina decipiant,ſcias,ꝙ didymi ſunt partes quædã noſtri corporis,quæ ad inguina trãſeunt ſup os pectinis,quæ ſunt partes peritonei pãniculi trãſeũtes ad burſam teſticuloꝝ cooperiẽtes teſticulos,& iſtud teſticuloꝝ coopertoriũ dr̃ oſeum,pars uero ſuperior ab iguine uſq; ad teſticulos dicit̃ didymus,quæ partes nõ ſolum cooperiunt, ſed ſubſtẽtãt ipſos,in mulieribus iſte partes nõ ſunt,qm̃ nõ habẽt teſticulos extra,uide etiã ibi in inguine duos muſculos paruos ꝓcedẽtes ad uirgã unũ a dextris,alteꝝ a ſiniſtris, & etiã eleuãtes teſtes eleuatione parua in emiſſione ſpermatis,& iſti incedũt ſm inceſſum didymoꝝ adherẽtes ipſis didymis uerſus teſtes & terminãt in chordã adherentẽ uirgæ, & didymo,in quibus didymis inuenies uaſa ſpermatica tã

præparatoria, quã delatoria, quoꝝ unũ deſcẽdit ad teſtẽ, alteꝝ aſcẽdit uerſus ueſſicã ad meatũ uirgæ, ut dictũ eſt ſupra, amoto igitur oſeo, uide teſticulos qui habẽt ſubſtãtiã glandoſam, & figurã oualẽ, neq; hominũ teſticuli ſunt magni, at tamẽ diuerſificãtur in magnitudine, quidã habẽt magnos, quidã paruos, ad quãtitatẽ unius oui colũbarum. Numero uero ſunt duo in omnibus, & ſituantur inter coxas in ſua burſa pendentes ab inguinibus. Vidi ego in quodã per me anatomizato unũ tantũ teſticulũ dexteꝝ, & ad ipſum deſcẽdebat uas ſpermaticũ amplũ miꝝ in modũ, ſed in parte ſiniſtra nullus erat teſtis, neq; uas aliquod ab emulgente deſcendebat ad hũc locũ, qm̃ nõ fuit opus, ut natura eũ generaſſet ſine teſticulo, dicũt quidã eſſe poſſibile, quod aliquãdo generẽtur tres teſticuli, ſed hoc erit mõſtruoſum, ſicut de uno ex defectu, ita & de tribus ex multitudine materiæ, præterea in ſubſtãtia exteriori teſticuli notabis ĩuolutiones uaſoꝝ ſpermaticoꝝ hincinde ꝑ teſticulũ in modũ uaricũ, quæ inuolutiones ſunt a uaſe deſcẽdẽte, ſiue preparatorio, quæ inuolutiones procedũt in inferiori parte teſticuli, & quæ ſunt inferiores inuolutiones cooperiũtur quadã carũcula, quæ nõ eſt ita alba ſicut ſubſtãtia teſticuli, & iacet in fine teſtis, quã uocant epididymũ, quẽ epididymũ excoriare poteris, ut uideas ſuã ſubſtãtiã, ſcinde etiã teſticulũ ſm lõgitudinẽ, & uidebis ſubſtantiã interiorẽ glandoſam albicãtẽ cũ q̃dã humiditate in ſuis poroſitatibus albicante etiã, quæ humiditas dicitur eſſe ex ſanguine, quæ a uaſe preparatorio ad ipſum teſticulũ penetrat, quæ poſtea trãſmittitur ad uas delatorium, poſt albificationẽ, hoc tamen in hominibus difficile eſt cognoſcere. Sed iſtis uiſis, uide etiã ultimã partẽ cutaneã cõtinentẽ

nentẽ

nentē teſticulos, oſceum, uaſa ſpermatica, & reliqua, quæ ex
terior eſt, & uocatur burſa teſticulorū, ſiue ſcortū, in qua cute
plurimæ ſeminant̄ uenę ex illis ueniētibus a uęna chili, poſt
quā trāſiuit ad os ſacrū, & ex hoc cognoſces & etiā ex mul-
tis aliis locis, in quibus in extrema cute uenæ ſubſtentā tur,
quod utilitas pāniculi carnoſi, ſiue muſculi mēbranci, quod
ſi totius inuolucrum etiā nomines nō refert, nō eſt ſubſten
tare uenas ad nutriendū extremā cutem primo, ſed ad prote
gendū & mouēdū, ut dixi, qui pāniculus utrū ſit ſimplex, uel
ex duobus cōpoſitus, nō eſt hic locus dicēdi, uide igitur cutē
facientē burſam, quæ deſcēdit, & eſt dilatabilis ad incredibi
litatē, ut apparet in erniosis, quæ quādoq; uſq; ad genua de-
ſcēdēdo dilatatur, repleta inteſtinis, ſiue humoribus, & ali-
quādo carnoſitate. Notabis etiā, ꝙ tā ad ueſſicā, quā ad alia
mēbra in ſcorto cōtēta ueniūt ramuſculi nerui procedētis
ab oſſe caudæ, ſimiliter ueniūt etiam arteriæ, ultra uenas, &
ſunt pro uita, ſenſu, & nutrimēto. habet præterea iſta burſa
panniculū mediaſtinū, qui pāniculus eſt ex oſcei ſubſtantia,
qui diuidit teſticulū dextrū a ſiniſtro, & ſic burſa habet duos
ſinus, ita ꝙ quādoq; extēditur ab uno latere tantū, ex deſcē
ſu humorū uel membrorū intrinſecorū aut uētoſitatis, ſiue ex
repletione propriarū uenarū facientiū uaricoſam diſpoſitio
nē. Iſtis annotatis potes amouere renes cū poris uritidis, &
uaſis ſeminariis, ut uideas poſt eorū amotionē lumbos ſuper
quos iſta mēbra iacebant, qui lumbi ſunt in unoquoq; late
re ſpinæ duo muſculi alter magnus & alter paruus incipien
tes ſub diaphragmate, & adherētes ſpinæ, ſed maior plus, &
procedūt uerſus inguina terminātq; in chordas, minori in
minorē & oblongā, & maior in maiorē & tranſit ad iūcturā

ſciæ ad caput adiutorii coxe, ad eleuationē ipſius una cum aliis, & ubi terminat iſta incipit muſculus liuidus, qui procedit uerſus ſyluestrē partē coxe deſcēdēdo, ſed uiſis lūbis poteſ uidere ſecando partes cōponētes uirgam.

De ſectione uirgæ. Cap. XXI.

IN eleuatione oſſis pectinis excoriaſti etiā ab oſſe uirgā, quoniā adheret oſſi pectinis p ligamentum ualidum uſq; ad cauum ipſius oſſis, ad quā uirgam modo reuertendo uide eius ſubſtantiā, quæ conſtat ex quatuor muſculis, & ex meatu ducente urinā, & ſperma extra, ueniſq;, & arteriis, neruo, & carne glandoſa in capite, & cooperitur cuti, qua cute excoriata, uide imprimis muſculos, qui ut dixi ſunt quatuor, quoꝝ duo cū ſua carnoſitate oriūtur in inferiori parte uerſus inteſtinū rectū, imo aliquo modo amplectuntur ipſum inteſtinū, qui muſculi ꝓcedūt uerſus glandulā, unus a dextris, alter a ſiniſtris lateraliter inter quos muſculos in parte inferiori eſt meatus, per quem urinam & ſemē extra mittimus, quoniam ad iſtum meatum tres meatus mittunt, uidelicet duo uaſa ſpermatica, & collum ueſſicæ, ut ſupra dictū fuit, uirgę uero meatus qui tantū unus eſt, incipit ī fine recti inteſtini, ubi incipit uirga, & procedit uſq; ad extremum ipſius in qua parte eſt dicta caro glandoſa ad tutelam capitum muſculoꝝ, & dicitur glans uirgæ, ſunt etiā duo alii muſculi, qui habent partem carnoſam ſuperius incipiendo a glandula, & procedunt uerſus pectinem, & anum, dimittendo meatum urinæ exterius, in parte inferiori, & terminant per chordoſam ſubſtantiam ad anum, quæ muſculoꝝ ſubſtantia eſt rara, mollis, & habet plurimum de parte chordoſa, & iſti muſculi ſunt difficilis ſeparationis, & etiā

ſuus neruus,ſua cutis,qua uirga cooperitur, ſubtilis eſt,& in capite duplicata quando uirga deprimitur, in qua depreſſione facit preputium ex ipſa cute cooperiente glandulam, in fine cuius glandulæ eſt foramẽ, a quo & urina & ſemen exeunt,ſub foramine uero eſt quidam terminus cutis preputii,quem uulgares fillelum appellant,uenas uero,& arterias, & etiam nerui ſeminationem uidebis tam in ſubſtantia uirgæ,quam in cute,quæ uenæ ueniunt a ramificationibus uenæ chili, poſtquam ad os ſacrum tranſiuit ſimiliter arteriæ ab arteria aorti quæ uenæ, & arteriæ ſunt magne, reſpectu quantitatis membri,ueruus uero procedit ad ipſam,qui dat ſenſum, & eſt notabilis. Nota ꝙ tam ebrei quam maumetani hunc preputium circoncidendo amputãt, ſed antequã ex toto uirgam ſepares uide duos muſculos paruos qui procedunt a fine muſculoꝵ longitudinalium uentris per hos pectinis terminantes in chordam ad uirgam & didymos,iuuãt in eleuatione uirge & teſticuloꝵ ultra ꝑprios muſculos uirgã componentes & in emiſſione ſpermatis eleuãtes teſtes hoc mẽbrum,ſcilicet uirga generationi deſſeruit ut & philoſophi, & medici unanimiter dicunt, & ſua quantitas non eſt in omnibus æqualis, quoniam quidam breuiorem & quidã longiorem uirgam habent,ſimiliter & in groſſitiæ eſt, in qua tamen quantitate,uel ſuperflua uel diminuta, aut mediocri,in generatione,multa iuuamẽta multoſqꝫ defectus de conceptione ſcribentes enumerant quare &c.

¶ De ſectione inteſtini recti,& muſculoꝵ ipſius, uenarũqꝫ hæmorrhoidaꝵ. Cap̃. XXII.

SI lubet uiſis ſupradictis,potes amouere os pectinis ſi ipſum non fuit amotum,& etiam ueſſicam cum

teſticulis,& uaſis tam urinalibus quã ſeminariis, & oſceum, ut melius inteſtini recti anatomiam uideas, in quo inteſtino primum, quod uidendum eſt, ſunt capita uenarum hæmorrhoidalium, quæ quandoq; ſunt tumida extra prominentia, etenim ſunt quinque, correſpondentia quinque uenis. quas uenas uidebis in excoriatione ani, ſeu ſiteri, in inſpectione muſculorum ambientium inteſtinum. Ad quam muſculorum inſpectionem non oportet credere uerbis quorũdam dicentiũ quod oportet amouere inteſtinũ rectũ cum quantitate carnis natium, qm̃ talis modus uidendi ſatis cõfuſus eſt, quare, ſi quis muſculos dicti inteſtini uidere deſiderat, ſuſpẽdat cadauer p unum pedẽ, ita q caput uerſus terrã pendeat, & incipe excoriare cutim circa anum nouacula, & primo apparebũt quinq; capita uenarum hemorrhoidalium, quę procedũt per inteſtinũ, ſed nota, q iſtæ uenæ nõ in omnibus ſunt ęquales, qm̃ in quibuſdã ſunt paruæ, & ut dictum fuit ſupra, ueniũt a uena chili deſcẽdente, poſtquã tranſit os ſacrũ ad nutriendũ muſculos dicti inteſtini, & etiã a ramo uenæ portæ, qui tranſit ad inteſtinũ rectũ, poſt iſtas uenas uide iprimis muſculũ notabilẽ ambientẽ extremitatẽ inteſtini, qui ſatis craſſus eſt, & carnoſus, quæ craſſities nõ excedit quantitatẽ duorum digitorum, & procedit uerſus uirgã, & ſuæ extremitati alligatur ſup meatũ ipſius hic muſculus ſtringit orificiũ ani, & hinc eſt, q in conſtrictione ani ſequitur quidã motus uirgæ, qui muſculus iuuat etiã in ultima emiſſione urinę, et ſeminis, ſed poſt excoriationẽ iſtius muſculi uidebis alium muſculũ tenuem ambientẽ inteſtinũ rectũ per quatuor digitos, & plus etiam, aſcẽdendo per ipſum inteſtinũ, & in aliquibus eſt ita tenuis, quod fere nõ poteſt uideri,

qui & ipſe terminat in inferiori parte ad capita muſculorum uirgæ, quæ ut dixi, amplectũtur aliqualiter inteſtinũ rectũ, & ſic per amborum muſculorum cõtractionẽ ſequitur uirgę quidã motus, ſed utilitatẽ iſtius muſculi dicũt eſſe, emundare inteſtinũ per quaſdã inuerſiones a reſiduo fecum, ſed cum offi ciũ tam ſtrictionis quã emundationis, ſenſata cognitione ab ambobus muſculis appareat fieri, ideo melius eſt dicere, ꝙ ambo cõcurrunt in emũdatione, & in cõſtrictione. Nolo tamẽ ex dictis reprehendi, ſi auctoritatibus antiquorum quorundã, & modernorum etiã, diſcors ſim, cũ ſenſus ipſe, qui rationibus preualet, hoc idẽ dictet, etenim cõſtrictio fit a muſculis cõſtringẽtibus, & etiã a muſculis ſuſpẽdẽtibus ipſum inteſtinũ, qui procedunt ſm lõgitudinẽ inteſtini, ex qua cõtractione aſcendit inteſtinũ, & fit aliqualis clauſura, ſed ultima foraminis ſtrictura nõ fieret, niſi muſculus ſiteri ſiue ani haberet ultimã uim ſtringendi ultimã partẽ inteſtini, uiſis ergo muſculis ambientibus inteſtinũ, uide etiã duos muſculos dictos, qui ſm lõgitudinẽ inteſtini procedunt, habẽtes ortũ uerſus dorſum, tam a dextris, quam a ſiniſtris inter anchas, quorum officiũ eſt cõtrahere inteſtinũ ſurſum poſt emiſſionẽ fecum, & etiam ipſum relaxare tẽpore miſſionis fecũ, uolũ tate imperãte, ſeu ſtimulante materia. Et ideo in mollificatione iſtorum muſculorum fit deſcenſus inteſtini ita ꝙ prominet extra anum, quæ ęgritudo exiccantibus curatur, & pueris ſępiſſime accidit, uide etiã ĩteſtini quantitatẽ, & proceſſum per directũ uerſus ſiniſtram partẽ, ubi incipit inteſtinum colon, ſuã ſubſtantiã dixi cõponi ex duabus tunicis, quę habẽt omnia genera filamentorum, ſiue uillorum, lõgos in exteriori, latos & tranſuerſales, qui pauci ſunt, in interiori tunica. No-

rabis etiã, ꝙ cum in ano, ſeu in capite iteſtini recti ſępe apo ſtemata accidant, quæ ſupurata indigent apertione per inci ſioné, ideo caue incidere tranſuerſaliter, ne muſculũ ambien tẽ incidas, aut ipſi noceas, ſed in tali apoſtematis apertione oportet incindendo procedere ſm ani circulum, quã inciſio nẽ lunarem appellant. Caue etiã in fiſtulis ani penetrãtibus inteſtinũ, incidere ſupra quatuor digitos inteſtinũ, qm̃ ex ta li inciſione incides ambos muſculos ambientes inteſtinum, unde ſequitur inuolũtaria fecũ excretio, & ego uidi plures, qui poſt inteſtini recti inciſionẽ non amiſerunt officiũ mu ſculoꝝ, ſed retinuerunt feces uoluntarie perfectiſſime, quod factum eſt ex conſolidatione muſculi inciſi, ſiue ex optima partium unione &c.

¶ De diſſectiõe uteri, uel matricis, ſiue uuluæ. Ca. XXIII.

Mirabilis deus in ſuis operationibus mẽbra genera- tionis in ſexu diuerſificauit, etenim generationis mẽbra in maribus extrĩſeca data fuere, in fęminis uero hęc mẽbra intrinſeca ſunt, & occulta, in maribus com pacta, dura, unita. in fęminis laxa, mollia, & caua, data ſunt, illa ut ſemen melius emitterent, iſta ut conceptũ ex ſemine melius fouerent, de mẽbris generationis in uiris dictũ fuit ſupra. Et ne ordo ſecandi reliquas partes in inferiori uentre interciderentur, matricis ſectionẽ uſq; ad iſtum locum diſtuli mus, qui ordo talis eſſe debet in muliere. Poſtquã mẽbra oĩa uſq; ad inteſtinoꝝ eleuatione uidiſti, eleuatis inteſtinis cum meſentereo, dimiſſo tamẽ in ſuo loco inteſtino recto, ad re- nes primo te cõferas, qm̃ inuenies proceſſum uaſoꝝ ſperma ticoꝝ, q̃ hñt ortũ ſiniſtrũ, ſcilicet in pte ſiniſtra a uena emul gente, & ab arteria emulgente, & tranſit per lũbũ ad teſticu

lũ ſiniſtrum matricis, qui teſticulus nõ eſt extra, ſicut in uiris ſed eſt intra alligatus matrici uerſus dorſum. Notabis tamẽ ꝙ ſępe iſtud uas ſiniſtrũ non a uena emulgente oritur, ſed a trunco uenæ magne chilis, & etiã a trunco arteriæ aorti, ſicut dexter ut dictũ fuit in anatomia uaſoꝝ ſeminis in maſculis. Similiter uidebis uas ſeminariũ in latere dextero, nõ tamẽ ab emulgẽtibus tã uena quã arteria aortũ, ſed a trũco ſiue a uena magna chili, & ab arteria aorti in unũ uas uenientibus, quod deſcẽdit per dorſum, quæ uena & arteria utplurimũ ſupra renẽ ortũ habent, ſed quãdoqꝫ ambo meatus, tã ortus a uena, quã ab arteria procedunt ſeparatim uſqꝫ ad teſticulũ, quod dictũ eſt etiam ſupra in maribus quod quidem uas terminat ad dexteꝝ teſticulum intrinſecũ, ut dixi uerſus dorſum, q̃ uaſa cooperiũtur pãniculo orto a peritoneo &c. Matrix igitur manet ſupra inteſtinũ rectũ, & ſupra matricẽ iacet ueſſica, quæ omnia locãtur in illa cauitate cõreſpõdente oſſi ſacro in dorſo, & ĩ anteriori oſſi pectinis, qđ os pectinis uidiſti in fine uẽtris inferioris, & a lateribus ſunt partes intrinſecæ anchaꝝ, ubi alligatur matrix per ſua ligamẽta, & ſic uidebis matricẽ poſitã inter inteſtinũ rectũ, & ueſſicam, tam ſm̃ partẽ colli matricis quã uuluã appellãt, quã ſm̃ corpus matricis, quod uteꝝ, & etiam matricẽ uocant. Et ne te decipiant ſcripta quorũdam ornate ſcribẽtiũ, in quibus parũ frugis & multũ paleæ inuenies. Nota, ꝙ nomen matrix a grecis acceptum eſt, nam nomen μήτρα grecæ eſt uaſculi cuiuſdã genus, & ideo nõ oportet credere matricis nomen deriuare a greco nominæ μήτηρ, quod latine matrẽ ſeu genitricem ſignificat. Sed dicitur a nomine μήτρα uas, ut ſit matrix, ad ſimilitudinẽ uaſculi cõſeruantis fætum, & ſic latini

corpus,ſeu ſubſtãtiã,in qua fœtus cõtinetur,quãdoq; matricẽ, quãdoq; uteꝝ,quãdoq; locos,& quãdoq; uuluam cõfuſe appellarunt. Attamẽ qui latiniores fuere, matricẽ appellãt mulierẽ,in qua pro fœtus generatione,omnes partes ſũt in ultimo roboris,a qua poſtea denominatione cõmuniter loquẽtes mẽbrũ generationis ĩ fœminis matricẽ dixere,quod nõ ſine ratione eſt,ſi quis græcã etymologiam,& latinã cõſideret,ſed multi latinantes mẽbrũ generationis muliebre, uteꝝ proprie dixere, & locos, ſed infimã partẽ matricis,in qua coeunt,uuluã nominant,neq; hoc ſine ambiguitate eſt, cũ proprie uulua ſiue uolua ab inuoluẽdo dicatur, qm̃ fœtũ inuoluat,ſed cũ fœtus nõ inuoluatur ab ultima parte ĩferiori mẽbri generationis,ideo nõ recte hanc partẽ ultimã uuluam appellant,ſed hoc parũ refert, ſiue ab iſto, ſiue ab alio deriuentur nomina,hæc dicta ſunt propter illos qui in ſignificationibus nominum ſuam augent doctrinam, quare ne in nominibus queſtio remaneat,quæ tãtopere, & Ariſtoteli, & Galeno diſplicuit, partes membri generationis muliebris deſcribam, quam tamen declarationem neq; Galenus culparet,cum hic membra, & partes per ſectionem inquirere doceamus,igitur dicatur,q̃d mebrum generationis in muliere eſt receptaculum poſitum ſupra inteſtinum rectum alligatum anchis,& dorſo,& deſcendit ſecundum inceſſum inteſtini,terminatq; inferius prope extremitatẽ inteſtini,quæ anus dicitur, in qua extremi receptaculi parte eſt foramen in quo coeuntes uirgam intromittunt,quam totam ſubſtãtiam matricem nominare decreui,ne ex diuerſitate nominũ fiat difficultas cognitionis tã mẽbri,quã partiũ ipſius; igitur uidebis figurã matricis in parte ſuperiori orbicularem

in medio

in medio cuius ſũmitatis aliqua eſt depreſſio,& eſt rotunda,
oblõga,& in inferiori parte uerſus coxas,habet collũ,ita ut
formã cucurbitę cuiuſdam , aut uaſculi cucurbitalis credere
poſſis,ꝙ ſi ad meliorẽ inſpectionẽ folle inflaueris nõ igratũ
erit;ſed difficulter fit qm̃,cũ matrix ifrigidat᷑, nõ eſt ita ex-
tẽſibilis , & ideo in tali iflatione oportet eã fouere fomẽtis
calidis,uidelicet ſpõgiis i aqua calida ſępe applicatis,ꝙ fol-
lẽ ipones per orificiũ iferius collũ dictũ,in quo ponunt uir
gã coeuntes,extremum cuius colli uuluã dicunt , & procede
uſq; ad aliud foramen,qđ eſt ſuperius,quod foramen os ma
tricis appellãt,cannula igitur in ore matricis ingreſſa, infla
ipſum corpus matricis,& ſic apparebit ſubſtantia matricis
rotunda oblonga tamen,q̃ in nõ p̃gnate , aut in illa , quæ
adhuc nõ cõcepit,ſeu in uirgine parua eſt , neq; tranſcendit
multũ quantitatẽ ueſſicæ uacuæ,ſiue galinacei oui , ſed hoc
diuerſificat᷑ ſm diuerſitatem corpoꝝ mulieꝝ,ut cõtingit in
aliis mẽbris corporis. Nota tamẽ,ꝙ chãnula follis oportet
ꝙ ſit acuta in extremitate,qm̃,& ſi tẽpore partus , aut coi-
tus os matricis dilatetur,nõ tamẽ,ſemp inuenies dilatatum
imo utplurimũ anguſtiſſimũ eſt , adeo ꝙ tẽpore p̃gnationis
acumen acus ingredi nõ poteſt,in quo tẽpore pregnationis
corpus matricis intumet ad maximũ tumorẽ , & rotũdum,
quod aſcẽdit ſuper inteſtina uerſus ſtomachũ tranſiens um-
bilici terminũ,& maxime prope tẽpus pariendi.uiſo corpo
re matricis , quod eſt ab ore matricis ſupra uerſus ſuperiorẽ
partẽ. Inſpice etiã colli matricis figurã & uuluæ etiã , ad cu-
ius inſpectionẽ oportet remouere os pectinis a lateribus,ſi
ue in medio ut dictum eſt ſupra de anatomia ueſſicæ, & hoc
inſtrumẽto forti incidẽte, & ne in amotione oſſis collũ ma

tricis ledas,oportet ipſum excoriare diligenter ab ipſo oſſe,
quod collũ diuerſificatur in magnitudine & paruitate, ſm
diuerſitatẽ mulierꝝ.Sed in uirginibus breue eſt,qm̃ rugæ ip-
ſius nõ ſunt relaxate,a ſuis ligamẽtis,& uenis,que uenæ liga
mentaq; deſtruuntur a primo coeũte,ſeu deuirginãte,quare
in maximo uerſati ſunt errore,qui pãniculũ himeneũ poſue
re os matricis obſtruentẽ,putantes ipſum frangi a coeunte
& ſic aperiri matricẽ,uide igitur collũ matricis rotundũ ob
lõgum & cauum,uti fiſtula,ſua quantitas eſt proportionata
uirgæ uiri,in quo intus ſunt rugæ plurimæ, quæ alligantur
quibuſdã ſubtiliſſimis ligamẽtis,& uenis,in cuius parte ex-
trema exteriori eſt pars illa,quæ uulua dicitur,figuræ oblon
gæ,icipiẽs prope orificiũ inteſtini recti uſq; ad os pectinis,
intus uero in parte ſuperiori prope os pectinis eſt orificium
colli ueſſicæ ſiue meatus,per quẽ mulieres mingũt, ibiq; ſũt
duæ pelliculæ quæ cooperiũt os colli ueſſicæ ſeu meatũ fere
uſq; ad colli matricis meatũ,& iſtæ dicũtur preputiũ matri-
cis,& quãdo augẽtur,deſcẽdũt uerſus collum matricis intra
uuluã,ita ꝙ quãdoq; impediũt ingreſſum uirgæ, ego quidẽ
multas mulieres uidi habẽtes has pelliculas ampliſſimas,uti
litas iſtius preputii,ſiue pelliculaꝝ,eſt ne collũ ueſſicæ ledat̃
ab aere frigido, & etiã aliquomodo per ipſum ipſa matrix
tueatur.Quãtitatẽ uuluæ ſupfluũ,ac ſupſticioſum ſcribere
putaui,cum omnibus notiſſimũ & expertiſſimũ mẽbrũ ſit,
quotidie uiſum cognitũ,& tractatũ,membrũ hoc uidelicet
collũ in multũ coeuntibus ampliatur,& relaxatur, ſimiliter
etiã eſt in fæcundis,in quibus lõge magis laxatur,ſed nõ ſo-
lũ collũ,ſed etiã corpus matricis &c.Et qm̃ ad uidendũ ma-
tricẽ a uaſis ſeminariis ꝓceſſimus ibi incipiendo,quare ſci-

re te uolo quod uaſa ipſa & teſtes cooperiũtur pãniculo pe-
ritoneo, ad quẽ trãſeunt rami neruoꝝ reuerſiuoꝝ dantes ſen
ſum, & ideo mulieres ſæpe ex retentione ſpermatis in aliena
tionẽ, & alia ſeuiſſima accidentia incidũt, ut eſt cardiaca, &
epatis debilitas &c. Et hoc ꝑpter colligantiã, cum corde, &
epate, ut dictũ fuit in anatomia uaſoꝝ ſeminariũ, quæ uaſa
ꝑcedunt a ſuperioribus ad teſticulos matricis qui ſunt uniti
corpori matricis uerſus dorſum per dicta uaſa ſeminaria,
ipſi teſtes non ſunt magni, ſicut in maſculis, ſed ſunt parui
& comparati ad quantitatem oui columbæ notabiliter mi
nores. uidentur quæ ſubſtantia mollior eſt, quam uiroꝝ teſti
culi ſubſtantia & habent epididyma ipſos: inuoluentia ma-
ioris quantitatis ut ſemper uidi, quam teſticuloꝝ ſubſtantia
ſit, & diuerſa eſt etiam ſubſtantia in colore a teſticuli ſubſtã-
tia, quoniam didymoꝝ color tendit ad liuiditatẽ, & eſt du-
rior teſticulo, qui teſticulus circũuoluitur uaſe ſeminario in
modum uaricis, ſicut dictum eſt in uiris, qđ uas eſt duplex, ſi
cut in uiro, uidelicet preparatorium & delatorium, iſti uero
teſticuli, ut dictũ eſt, cooperiuntur pãniculo orto a perito-
neo, & ſunt diſtantes quoniam ſunt in extremitatibus cor-
poris matricis, neq; continentur ab una burſa, ſeu cute, ſicut
uiroꝝ teſticuli, qui continentur in ſcorto, habẽt tamẽ unuſ-
quiſq; ſuum muſculum paruum mouentem ipſos, & ſua ua-
ſa, quæ duplicata ſunt ut dixi delatorium uas paruũ eſt, ſiue
breuæ, quoniã parum diſtant teſticuli a matrice, & iſta uaſa
deferẽtia ſperma ad matricem cornua matricis appellant ex
ſentẽtia Galeni quinto aphoriſmoꝝ cõmẽto. xlviii. quam-
uis in libello de ſectione matricis aliter ſcripſerit & fuerunt
breuia, ſiue parua, quoniam non mittunt ſperma in alium

ut faciũt uiri, etenim mulieres ex ſententia Galeni habẽt p̄prium ſperma ultra ſanguinem mẽſtruum, quod facit ad cõceptionem, qđ ſperma generatur ex ſanguine ueniẽte ad teſtes p uaſa præparatoria, & trãſmittit ad matricem, ex quo ut dicunt fiunt cotilydones, qui cum non cadant ſub ſenſum, neq; uideri poſſint, niſi in pregnante, & etiam cum res aliter ſe habeat, de ipſis dicemus poſtea, &c. uiſis teſticulis, & uaſis ſpermaticis tam præparatoriis, quam dilatoriis, quæ cornua matricis dicuntur, quoniam ſunt extenſa in ſuperiori parte, acſi eſſent cornua, uide etiã a lateribus matricis uerſus ſuperiorem partem, quoniam ſunt duæ ſubſtantiæ albæ, rotundæ ſicut ſunt uaſa & ſunt uelatæ panniculo uelãte matricem prope ipſa uaſa delatoria, quæ ſubſtantiȩ tendũt ad inguina, & ſunt extenſæ inferius. Et dederunt anſam neotericis dubitandi, nunquid iſta, uel illa ſint cornua matricis, cũ ambe ſubſtantiæ quoquomodo reddant cornutam matricem &c. Ego uero ſi Galeno creditur, nõ poſſum dicere, niſi ꝙ cornua matricis ſunt illa ad quæ ueniunt uaſa delatoria, uidelicet quæ defferunt ſperma ad matricẽ, & ut nulla ſit amplius de hoc queſtio audi Galenum exponẽtẽ Afforiſ. xlviii. quinte particulȩ ubi dicit Hippocrates fœtus, mares qdẽ in dextris, fȩmine in ſiniſtris magis &c. inquit ipſe exponẽdo, confert autem aliquid ad cõceptus caliditatem, & muliebre ſemen profuſum quidem ex propriis teſticulis per utrunq; corniculũ, pars una ĩ dexteri ſinũ pars altera in ſiniſtrũ &c. hȩc ſunt uerba Galeni ex traductiõe doctiſſimi Leoniceni uera, & non mendoſa, quȩ conformis eſt traductioni Laurẽtiani &c. neq; cõturbent te dicta Galeni libello de ſectione matricis, ex quibus uidetur ponere cornua matricis diſtin-

ċta ab ipſis uaſis ſeminariis, quoniã iſtæ partes, ſita ſua ope-
ratione, poſſunt ad libitum nominari, nam iſtæ ſubſtantiæ
uenientes ad inguina ſunt ligaméta, quę ad inguina trãſeũt
& illæ deferunt ſperma & ſic non eris contrarius antiquis ſa
pientibus in re neceſſaria. Præterea matrix alligatur anchis
tam a dextris quam a ſiniſtris ligamẽtis fortiſſimis latis ſub
loca teſtium, & alligatur oſſi, ſacro & quibuſdam uertebris
dorſi pectini, ueſſiceq́ꝫ collo & inteſtino recto mediante ſua
pinguedine, tenuiſſimis & mollibus ligamentis, quæ matri-
cis ligamenta non ſolum hic ſunt mollia, ſed in omnibus lo
cis, ubi alligat᷑, & hoc fuit ut matrix poſſet ſine impedimẽ-
to extendi, collum matricis adheret etiam muſculis intrinſe
cis coxaꝝ ortis ab anchis, & ligatur ligamentis, & ideo in ele
uatione matricis oportet excoriare collũ ab iſtis muſculis,
quod collum in parte ſuperiori terminat ad os matricis, qđ
eſt foramen ad ſimilitudinem oris piſſis tinchæ, circũdatum
ultima extremitate corporis matricis, qđ foramẽ ibi habet
partes circumiacentes craſſas, duras, rotundæ figurę ad ſimi
litudinẽ capitis cuiuſdam animalis, qđ orificium extẽditur
& apperitur tempore partus iuſſu dei benedicti ad tantam
quãtitatem, & magnitudinem, ut ſępius ego ambas manus
facillime in corpore matricis poſuerim, ad extraendum fetũ
mortuum in matrice ab ipſa matrice qđ etiam os matricis
tempore conceptionis in tantum conſtringitur ut nec acu
men acus ingredi poſſit, etenim ſi poſt eleuationem matri-
cis, ipſam inuertes, facies ex ipſa acſi eſſet membrum uirile,
quoniam corpus matricis continebit teſticulos ſicut burſa
& collũ erit quaſi uirga eſſet, & ideo matrix dicitur mẽbrũ
uirile inuerſum, & diminutum, propter neceſſitatem ſpeciei

factum, cauſa cuius fuit diminuta caliditas, quæ non potuit ipſum extra extendere. Et quoniam non deſunt difficultates de duplici matrice. Notabis ꝙ matrix, ex duplici tunica componitur, quæ tunicæ ſunt ſeparabiles, maxime in pregnante & ego ſeparaui ipſas in quadam muliere mortua pregnante in octauo menſe ex diuturna egritudine, quæ habebat duos fœtus ambos maſculos, unus quoq; erat a dextris, alter a ſiniſtris, facie ad faciem uerſus, duo uero dorſa infantiũ, uerſus parietes matricis erãt, uidelicet a dextris & a ſiniſtris, & ſitus dictoꝝ infantium erat fere ſitus ſedentium ſupra ſecundinas ſuas, quoniam ambo habebãt propriam ſecundinam, quæ ſecundinæ adhærebãt parietibus matricis, una a dextris, altera a ſiniſtris alligatæ, quas non ſine aliqua difficultate ſeparaui, infantes uero adhuc uiuebant qui nõ multum poſt mortui ſunt. ſileant igitur dicentes generationem maſculi & femellæ fieri ratione dextri aut ſiniſtri loci matricis, experientia in contrariũ teſtãte, dicantq; eſſe rõne roboris ſpermatum, & membri generationis mulieris generationem maris, & feminam generari ex defectu, tum ſeminis, tum etiam matricis infrigidatæ, aut aliter diſpoſitæ, ſcio etenim locum neceſſarium eſſe in generatione, ſicuti pater ſed non eodem modo, neq; ad ſexum aut ad membrum, qm̃ quod fit aut generatur in loco de neceſſitate generatur, ſcio etiam ad teſticulum ſiniſtrum tam mulieris quam uiri mitti ſanguinẽ aquoſum ab emulgentibus, ex quo fit ſperma, qđ non ita ualidum eſt, ſed cum ſperma actiuum mittatur a maſculo, potes tam in dextera quam in ſiniſtra cadere, ꝙ ſi erit fortis generabit̃ maſculus, ſi minus fęmella, tam in uno quã in alio latere, uerum & locus infert aliquid accidentaliter, ut

puta ſi infans generetur in ſiniſtro latere, erit uir effeminatus, & mulier in dextero erit mulier uirago, ſimiliter & de ſpermate a uiro debili, aut aliquo alio modo affecto mittēte ſperma in matricem fortis roboris, & econtra de uiro forti mittēte, ſiue coeūte cum muliere debilis matricis dici poteſt fieri in natis diuerſa accidentia, non tamen ratione loci matricis &c. ſed unde digreſſus ſum, redeo, uide igitur matricem ex duabus tunicis compoſitam, pretermiſſo panniculo cooperiēte, prima quarum tunicarum ſubſtantię carnis aliquomodo ſimillatur & eſt exterior, ſed intrinſeca eſt magis alba cooperta ſubtili pāniculo, propter quod aliqui dixerunt tunicam interiorē duplicem eſſe, in qua tunica intrinſeca multa capita uenarum uidebis, quæ ſunt rotonda, acſi eſſent puſtulæ liuidæ totam ſubſtātiam intrinſecam cooperiētes, & hoc melius uidetur in mortuis cauſa præfocationis matricis ex retentione mēſtruorum, ut uidi ego anno. M.D.XXVI. quæ capita uenarum ſunt a uena chili quæ per dorſum deſcendit ad coxas, & in proceſſu mittit ramos ad inteſtinum rectum ad ueſſicam, & ad matricem, poſtquam regionē renum pertrāſiuit ſimiliter multi rami ab arteria deſcendente ad ipſam matricem tranſeunt, neq;, ut multi crediderunt, iſta omnia capita uenarum ſunt ab ipſis uaſis ſeminariis ingredientibus ſubſtantiam matricis, ſed pro maiori parte ſunt a ramis dictæ uenæ chilis, qui rami tam uenæ, quam arteriæ figuntur in corpore matricis prope teſticulos, uide etiam, quoniā ad os matricis terminant quamplurima capita uenarum, quæ cū tumēt, hæmorrhoidas matricis quidam appellant. Nota tamen, ꝙ in collo matricis non eſt multitudo uenarum & arteriarum, ſed tantum quæ pro ſui nutrimento, & uita datæ fuerę

quæ uenæ ſunt ex ramis uenæ chilis, quod factum eſt quoniam corpus matricis non ſolum pro ſui nutrimento egebat ſanguine, ſed etiam pro fœtus nutritione, quem ſanguinem, cum mulier non eſt pregnans, per menſtruas euacuationes natura extra pellit, tanquam ſuperfluum a nutrimento. Notabis etiam, qđ a ſpōdilibus quoq; ueniunt nerui ad ipſam matricem, trāſitus quoq; poteris inſpicere. Præterea collum matricis notabis, quod nō ex pluribus tunicis componitur, ſed ex ſubſtantia quadam dura ſatis, & carni admixta, quæ durior eſt in anteriori parte, ubi adheret oſſi pectinis, qđ collum omnino muſculoſum eſt, cum mulieres aliquando motu uoluntario ſed paruo trahant collum matricis ſurſum, & uuluam, ut ſępe uidi. Et quoniam in ſuperiori parte corporis matricis, ubi fundus matricis eſt, quædam flexio, ſiue depreſſio parua eſt, ideo quidam ab hac decepti duplicitatem matricis crediderunt, q nō eſt uerum, ſed uera duplicitas matricis eſt ex diuerſitate duarū tunicarū ipſius. non pauci etiam decepti ſunt credentes cotilydones eſſe capita uenarū apparentia in tunica intrinſeca corporis matricis, quam tunicam poteſt interiorem matricem, ſi uis, appellare. Sed nota quod cotilydones ſunt quædam ligamenta ligantia ſecundinam matricis ſubſtantiæ, quæ ligamenta prodeunt ab ipſis capitibus uenarū ad ſubſtantiam ſecundinæ, & ipſam alligant matrici, qui cotilydones non inueniūtur niſi in pregnante, quos pluries uidi alligantes ſecundinam & ſeperaui ipſam a matricis ſubſtantia, quare in anatomia matricis nō p̄gnātis non oportet querere cotilydones, qm̄ nō ſunt, niſi eſſet mulier mortua īmēdiate poſt partū, in talibus quidē reperirētur. Decepti ſunt etiā, qui plures cellulas

in matrice

in matrice mulieris poſuere, cũ uere una tãtũ cauitas ſit ſine aliqua diuiſione, ut ſenſus oſtẽdit, ni forte per ſeptẽ cellulas diuerſas poſitiones intelligãt, uidelicet ſurſum, & deorſum, ante & retro, dextrorſum & ſiniſtrorſum. & ſitus medius q̃s tamen partes ſic nominatas cellulas appellare ualde incongrua eſſet nominatio, quare ex iſtis uidere potes diligentiã quorundam anatomiſtaꝶ, & habere ſubſtantiam, quantitatem, numerum, figuram, ſitum, partes, & colligantiam matricis, quod ſi aliqua hic a me dicta in inferiori uentre, ab antiquis, & modernis aliqua in parte diuerſa cognoueris, non mihi hoc aſcribatur. Sed ſẽſui & rationi, quoniam ſic in diſſectione ea uidi ſenſata, quæ rationibus additis corroboraui, hæc igitur de modo diſſectionis uentris inferioris ad iuuenum introductionem ſatis eſſe uolui &c.

¶ De modo diſſecandi uentrem medium, in quo primo anatomiam mamillaꝶ uidebis. Cap̄. XXIIII.

Ggredere ad inciſionem uẽtris medi, expedita inferioris uentris anatomia. Sed quoniam etiã partes extrinſecas utiliter cognoſcimus, ideo, notabis imprimis partes extrinſecas uentris medii, incipiendo ab inferiori, ubi terminat uenter inferior, & eſt pars quæ furcula pectoris inferior dicitur, ubi eſt chartilago ſcutalis, ſiue pomum granatum. A dextris & a ſiniſtris ipſius ſunt partes coſtales mendoſe quæ incipiunt a uertebris dorſi & procedunt aſcendẽdo cum integris quæ partes etiam latus uocãtur, unde & dolores laterales dicuntur, qui in partibus coſtalibus hominem infeſtãt. pars uero anterior a furcula iferiori uſq; ad ſuperiorẽ, ubi eſt gula, ſiue iugulum, dicitur torax pectus, & caſſum, a uacuitate, quoniam, & ſi non ſit uacuum, eſt ta-

men ſpatioſum in qua parte anteriori ſunt mammæ, una a dextris, altera a ſiniſtris, q̃ rotũdę ſũt, in medio uniuſcuiuſq; quaꝝ eſt pars eminens aliqualiter, & rotũda, quam papillã uocant, quæ mammæ in mulieribus ſunt maiores & eminẽtiores quam in uiris. Sed partes, quę ſub brachiis ſunt ubi pili oriũtur, aſcelares, ſiue ſub ale dicunť, metaphora ſũpta, ab auibus, ſuperiorem uero partem uerſus gulam furculam ſuperiorem dicunt, ſed a furcula ſuperiori aſcendendo ſupra eſt gula, & mandibula inferior, cum ſuis partibus, ſummum uero dorſum poſteriorem partem iſtis cõreſpondentem appellant, & ſpatulas, & collum. Et ne in re nota tempus conterrere uidear, ſectionem partium aggredere, & incipe ſcindere nouacula cutem incipiendo a chartilagine ſcutali trahendo uerſus gulam uſq; ad furculam ſuperiorẽ, ubi incipit gula leuiter excoriando, qua cute excoriata, primum, quod uidebis, eſt pinguedo in habentibus pinguedinem, quoniã ut dixi, in macris pinguedo non reperitur, cum non ſit mẽbrum ſed ſuperfluitas ſanguinis. poſt pinguedinem uidebis panniculum carnoſum, ſeu muſculum membraneum, & in iſta parte ſub aſcelis uidebis partes, quæ magis carneæ ſunt, quam in aliis locis, qui panniculus procedit ad cauitatem, quę ſub aſcelis eſt inter muſculos ad coſtas, & ad os adiutorii brachii per partes quoſdã chordoſas inter muſculos domeſticos brachii, quæ ad os adiutorii terminant, & ipſi uniuntur habentes plures hincinde ꝓceſſus. uide igiť ipſas chordoſas partes, & an ſint alterius muſculi chordæ, quã dicti membranei, quamuis ſint plurificate, quoniam pluritas chordaꝝ nõ arguit ſimpliciter pluralitatem muſculoꝝ, ut clare patet de chordis mouentibus digitos, quæ plures ab uno ueniunt

muſculo,eleua igitur diligenter panniculum carnoſum uſq; ad furculam ut ſi poſſibile fuerit, poſſis inuenire muſculum membraneum qui ab extremo pectoris aſcendit ad mandibulam inferiorem,& ad labium,quem non ſine labore inuenies. eleuato panniculo carnoſo uide ſub furcula inferiori chartilaginem ſcutalem, quam malum granatum uocăt, poſitā in medio in fine ſeptē coſtaꝝ itegraꝝ,quę faciūt furculā quę chartilago habet tres ptes angulatas,acſi eſſet flos mali granati,duæ quoq; ſunt anteriores,tertia uero eſt interior uerſus ſtomachum,quæ tres partes componunt ipſam chartilaginem habentem cauitatem manifeſtam quæ uacua eſt & iſta uacuitas aſcēdit ſuperius inter diaphragma, & coſtas ad clibanum pectoris intra mediaſtinum, ibiq; foramen eſt ualde anguſtum,& ideo non ſemper inuenitur, ſed adhibita diligētia in aliquibus inuenitur & ego fui primus cognitor iſtius foraminis & ſuæ utilitatis & eſt ultra id qđ fouet hæc chartilago oris ſtomachi partem a nocumentis extrinſecis ſua latitudine,ſua cauitate prodeſt quoniam per ipſam euaporăt aliquæ materiæ uaporoſæ, a mediaſtino & partibus uicinis pectoris,ad inferiorem uentrem tanquam ad locum ignobiliorem,iſta tamen cauitas chartilaginis non ſemper nota eſt ut dixi, & ideo oportet ipſam accurata diligētia inueſtigare,ſed uiſa chartilagine,uide ambas mamillas & primo,qđ te in ipſis a notare oportet eſt in cute pars eminens rotunda,quæ papilla dicitur,quoniam in iſta parte cutis eſt rarior,& admixta aliqua parua glandoſa carnæ, ad quantitatem unius aurei ueneti,& quandoq; plus color cuius in uiuente eſt rubicās tendens ad aliqualem liuiditatem,in mortuo uero ſemp nigricat,quæ raritas facta fuit, ut puer a mu

liere melius lac ſuggere poſſit, ſed in mare iſta pars neq; ita prominet neq; ita rara eſt. inſpectis papillis, inſpice etiam ſubſtantiam mamillarum, ſiue uberum, quæ manet ſuper muſculum magnum qui incipit cum ſua carnoſitate in medio pectoris, tam ab uno, quam ab alio latere, a furcula inferiori uſq; ad ſuperiorem, & terminat per chordam ad partē anteriorē oſſis adiutorii brachii uerſus aſcellā in quo muſculo notabis duos inceſſus uillorum quorum unus eſt a furcula ſuperiori deſcendendo uerſus brachium, alter uero inceſſus eſt a furcula inferiori, & partibus circa ipſam aſcēdēdo uerſus aſcellam, qui muſculus fungitur officio duorum muſculorum quamuis ſubſtantia carnoſa una ſit. Nota tñ quod chordoſa pars quæ ad os adiutorii terminat eſt duplicata per quandam flexionem continua tamen & unita & hoc ſecundum longitudinē chorde, quoniā muſculus iſte duos motus habet, unus eſt anterius mouere brachiū aſcendēdo, alter deſcēdēdo, ſed motu quodam paruo, igitur ſupra iſtos muſculos, eſt quedā caro glandoſa, albicans, rara magis in muliere, rotunda, eminens, ut in ea poſſit ſanguis conuerti in lac, in qua ſubſtātia plurime ſunt uenæ & arteriæ, inter quas uenas iſta caro glandoſa continetur, alba, & inſenſibilis, quoniam tametſi nerui ad partes circonſtantes mamillarum ueniant, attamen ad ipſam glandoſam partem non attingunt, iſte tam uenę, quam arteriæ non ſunt in maſculis ita note, & hic panniculus carnoſus admiſcetur ſubſtantiæ mamillarum, ſed antequam ultra procedas, uide duas uenas aſcendētes, a matrice per pinguedinem ad mamillas, quas in anatomia uentris inferioris ſeruaſti, iſte deferūt ſanguinē a matrice ad mamillā, & in eis ſeminātur, & hoc fit tēpore, quo mulieres lactāt īfantes, quare

ſoluitur dubiũ,uidelicet unde ſit,ꝙ mulieres quãplurimæ,dũ
lactant,nõ habẽt mẽſtruas euacuationes ꝑ aliquos mẽſes,&
quædã toto tẽpore lactationis carent mẽſtruis,qđ eſt, quia
ſanguis per has uenas ad mamillas defertur, & non ſuper-
fluit. Vides etiam unde ſit,ꝙ appoſitio uẽtoſaꝝ ſub mamil
lis tempore maximi,& ſuperflui fluxus ſanguinis menſtrui
retinet fluxum. Vide etiam proceſſum aliaꝝ uenaꝝ,quæ ab
aſcelis & a furcula etiam ſuperiori ad mamillas ueniunt,quę
ingrediuntur in mamillaꝝ ſubſtantiam,deferentes etiam ſã
guinem pro generatione lactis. Ex dictis uides errorẽ illius
maximi philoſophi,dicẽtis mamillas cõponi ex muſculis pe
ctoris uenis & arteriis,& carne glandoſa cũ ad mamillæ cõ-
poſitionem nullus muſculus in miſceatur ſed deceptus eſt a
muſculo,qui ſub mamilla eſt,& ne te talis error decipiat,illũ
muſculum ante mamillæ inſpectionem uolui deſcribere,ma
millas uero uidebis & maiores & minores ſm diuerſitatẽ mu
lierum,ſed in pregnantibus & lactantibus maiora ſunt ube-
ra,quoniam tumeſcunt a ſanguine per uenas ad ipſa demiſ
ſo. fouent præterea mamillæ cor,tum conſeruando calorem
tum temperãdo ipſum ſua complexione, tum etiam ab ex-
trinſecis alterantibus,ne penetrent, ſua mole defendendo,
ſcinde etiam ſubſtantiam mamillaꝝ,ut ipſam melius uideas
una cum uenis,& arteriis,nam nerui non ad carnem glan-
doſam ueniũt,ſed ad cutaneas partes & maxime ad papillã,
& hinc eſt ꝙ maxime ſentiũt &c.

ℭ De anatomia quorũdã muſculoꝝ pectoris. Cap̃. XXV.

E X ſuperius uiſis uides quod mamillæ iacent ſupra
duos muſculos cooperiẽtes totã anteriorẽ partem
pectoris,unus quoꝝ eſt a dextris,alter a ſiniſtris,&

ſunt figuræ triãgulatæ, baſis quoq; eſt uerſus thoracẽ in me=
dio pectoris, & ſua cuſpis tẽdit ad adiutoriũ brachii, ex duo
bus angulis baſis, alter tẽdit ad furculã ſuperiorem, alter ad
furculã inferiorẽ, qui muſculi habẽt diuerſitatẽ uillorũ, ut di=
xi, propter diuerſitatẽ motuũ, quibus eleuatis, uidebis duos
alios muſculos minores, mouẽtes brachia uerſus latera pe=
ctoris, quẽ motũ potes inſpicere trahẽdo muſculũ, iſti mu=
ſculi iacẽt ſub primis magnis, ſupra quos uidiſti ſubſtantiã
mamillarũ, potes etiã uidere muſculos qui trahũt brachiũ in
ferius, & illos qui procedũt ad oſſa ſpatularia, & illos, qui trã
ſeunt ſub oſſibus ſpatularibus, & duos qui ad collũ proce=
dũt, & duos etiã latos, qui ſunt cõtinui cũ ſpina dorſi, & di=
cũtur a græcis deltoides, qm̃ ſimiles ſunt litteræ delta maiuſ
culæ, qui etiã muſculi ceruicis dicũtur, & ſunt fere figuræ, ala
rũ cuiuſdã auis, uide etenim ipſos poſt excoriationem, qm̃
quatuor habet angulos, ſed qm̃ hic nõ muſculorũ omnium
anatomiã ſcribere decreui, ideo ad reliquas pectoris partes
uidẽdũ tranſibo, promittẽs me in alio tractatu muſculorũ
anatomiam pro poſſe ſcribere Deo maximo fauente, ibiq;
quorũdã muſculorũ nõ a modernis cognitorũ anatomiã nar
rare, ut eſt ille qui a pectore ad mãdibulã ꝓcedit, & ideo mul
ta uidebis, quæ ab antiquis ꝑtermiſſa ſunt, ut ſunt etiã illi
muſculi qui mouẽt glotidã, ſiue caput bronchi in formatio
ne uocũ, & aeris iſpiratione, qui habẽt chordã in medio, &
etiã muſculi duo mouẽtes linguã exterius. Et aliæ partes nõ
cognitæ a philoſophis, & medicis antiquis. Neq; arogantię
mihi aſcribatur, ſi nõ uiſa ab Ariſto. & Galeno, & quãpluri=
mis aliis oſtendã, cũ unicuiq; datum ſit pro uiribus meliora
quærere. Etenim queſtiones, ac difficultates nõ ſolutæ, tum

ab Auerroe,tũ ab aliis ſapiẽtibus, me ſedulũ iquiſitorẽ par tiũ corporis humani,& aliaꝝ reꝝ fecerunt,quare rogo iterũ fratres,qui poſt me anatomiæ ſe cõmittent, ut & ipſi & mẽbra,& eoꝝ utilitates inueniãt,ſcribãtq; modũ inueſtigandi ſine æmulatione,ut & ipſi ſint participes futuraꝝ mũdi utilitatũ,ſed hæc ſatis dicta ſint,reliquos uero muſculos mouẽtes brachia,collũq;,& alias partes,qui muſculi a pectore procedũt,tã in anteriori,quã in lateralibus,& dorſo,potes ex te uidere,qm̃ ſunt patẽtes,neq; egent multa inquiſitione,ſemper hoc modo procedẽdo,uidelicet iprimis incipe eleuare a parte ortus ipſoꝝ ubi per partẽ carnoſam adhærẽt, & procede excoriãdo uſq; ad finẽ chordæ ipſoꝝ, in illis qui habẽt chordã,qm̃ nõ oẽs muſculi habẽt chordã, cognoſces autem ipſos p pãniculũ cooperientẽ ipſos,qm̃ diſtinguit,& cooperit ipſos,quare in hoc utere diligẽtia in excarnãdo inſtrumẽtis diuerſis ſm indigentiã rei,nã quãdoq; acuta,ſiue icidẽtia inſtrumẽta optima ſunt,& quãdoq; obtuſa meliora, & hoc ne incidẽdo pãniculũ,aut aliquã aliã partẽ muſculi, cõfuſionẽ facias,igitur procede excoriãdo uſq; ad chordã in habentibus chordã,qua inuẽta,nõ oportet illã ab oſſe abſcindere, ſi ad os terminat,antequã experiaris motũ muſculi,quem ſi experiri uolueris,pone iterũ muſculũ ad locũ ſuũ, a quo ipſum excarnaſti,traheq; p partẽ carnoſam chordã uerſus originẽ carnis,& ſic uidebis quomodo mouet mẽbrũ, etenim in quocũq; muſculo habẽte chordã pars carnoſa trahit ad ſe chordã,qm̃ nerui a quibus eſt principiũ motus, ad carnoſam primo ueniũt partẽ,deinde p totũ procedunt, muſculi uero nõ habẽtes chordã cõtrahũtur ad ſuã originẽ p uillos, ſiue filamẽta &c,hæc dixiſſe ſatis eſſe uolo de muſculis, qm̃

ſi omnia adamuſſim ſcriberem, trãſiret hic noſter ſermo introductorii modum. Igitur eleuatis muſculis cooperiẽtibus coſtas pectoris, apparẽt coſtæ, quæ ſunt extra cooperte ſuo panniculo ſubtili, & adhærente, intus uero cooperiuntur pãniculo pleura, quoniã unumquodq; os proprio cooperitur panniculo, inter quas coſtas ſunt muſculi dilatantes, & conſtringentes ipſas, quos cognoſces ex diuerſitate ſtaminũ, uidelicet trãſuerſaliũ, quæ plurima ſunt, & lateraliũ quæ pauciora apparẽt, quas res, cũ ſint ſenſatæ, uidebis, etenim non deſunt de ipſoꝝ numero difficultates inter philoſophos, & medicos, propter qđ notabis, ꝙ inter coſtã, & coſtã eſt caro habẽs filamẽta ſiue uillos trãſuerſaliter procedẽtes, & lateraliter etiã, qui inceſſus ſunt quatuor, ut ſenſu apparet, & ideo muſculos inter coſtales quatuor eſſe quidam optime dixere, ſed qui tãtũ duas utilitates hoꝝ muſculoꝝ cõſiderant, tãetſi plurima filamẽta, diuerſoſq; inceſſus inſpiciũt, duos tm̃ eſſe muſculos affirmãt, uidelicet ſupiores extrinſecos, quoꝝ filamẽta trãſuerſalr̃ ꝑcedũt, dicũtq; iſtos dilatare, ſed inferiores intrinſecos ſtringere affirmãt, qui ſtringẽtes hñt filamenta lata, hñtq; iſti muſculi ſubtiliſſimas partes chordoſas, adhęrẽtes pãniculo tegenti coſtas extra, ſępe ego quatuor muſculos diſtinctos inter coſtas oſtẽdi, non tamẽ ſine difficultate, quare & ſi res neq; medicis, neq; philoſophis multũ proſit, attamẽ cũ diuerſi ſint uilli, diſtinctiq; ex neceſſitate & diſtincta eſſe mẽbra dicere oportet, quãquã contrarietur principi anatomiæ, ſed dum muſculos inter coſtales notabis, inſpice etiã neruos qui inter coſtales cũ ipſis muſculis ſunt, & procedũt ſ͠m lõgitudinẽ coſtaꝝ. Vide etiam diaphragma, ſiue ſeptũ trãſuerſum, & eſt muſculus ſeparans mẽbra naturalia, a

uitalibus,

uitalibus, & mouet pectus dilatãdo ipſum, dũ mouetur, ipſumq; pectus ſtringit, dũ quieſcit, inter motũ, & motũ, etenim dicebat Ariſtoteles dari quietẽ mediã iter duos motus, quæ quies pectus cõſtringit, & motus dilatat, trahẽdo undequaq; partẽ chordoſam uerſus coſtas, quæ attrahitur a carnoſa parte, quæ coſtis adheret. Nã ex Galeni doctrina diaphragma eſt muſculus habẽs partẽ chordoſam in medio, & carnoſam circũ circa, & hoc fuit neceſſariũ, qm̃ ſi pars carnoſa fuiſſet in medio, & chordoſa ad coſtas tranſiret, nõ dilataret, ſed ſtringeret uehemẽter pectus. Et nunquid motus iſte ſit uolũtarius, uel naturalis, ſciuiſti ex Galeni doctrina ſecũdo de motibus muſculoꝝ dicẽtis, ſe cognouiſſe muſculos oẽs ultra uolũtariũ motũ habere etiã motũ naturalẽ, q̃re dicendũ eſt, qđ diaphragma, ſeu ſeptum trãſuerſum, & naturalẽ & animalẽ habet motũ, quẽ cognoſcimus in excrementoꝝ ſui euacuatione, & etiã in inſpiratione, tẽpore neceſſitatis, figura diaphragmatis eſt rotũda ſicut ambitus pectoris inferius, ubi incipiẽdo a dorſo a prima coſtaꝝ mẽdoſarũ eſt ſituatũ, & ꝓcedit uſq; ad chartilaginẽ ſcutalẽ ꝑ extremitates oĩum coſtaꝝ mẽdoſaꝝ, ex dictis reliqua cognoſces, quare hæc dicta de muſculis pectoris ſatis ſint.

De anatomia oſſiũ pectoris & coſtaꝝ. Cap. XXVI.

Entre medio a ſuis muſculis ſic denudato, uide arcẽ regis oſſibus cõſtructã, ut cor principaliſſimũ membroꝝ in medio, taquã rex in tutiſſimo corporis loco collocatũ ꝯſeruetur, qđ pectus ſiue cordis locus cõſtat ex uiginti quatuor coſtis, quaꝝ duodecim ſũt a latere dextero, & aliæ duodecim a latere ſiniſtro, ſubſtãtia quaꝝ coſtaꝝ diuerſa eſt, etenim incipiunt a ſpina, ſeu a uertebris dorſi, ubi

alligãtur,& arcuate procedũt,tã a deſtris,quã a ſiniſtris , inci piẽdo ante a furcula ſuperiori,& a ſummo dorſo , poſterius ubi uertebre colli cõtinuãt cum prima uertebra pectoris,& procedũt uerſus anteriorẽ partẽ , & ibi mutant ſubſtantiã, qm̃ cum procedũt ad anteriorẽ partẽ pectoris,ſũt chartilaginoſæ,quaꝝ ſeptẽ primæ,incipiẽdo ſupra,ſunt ĩtegre, ideſt ꝑfectam habẽtes arcualẽ figurã tã in uno quã in alio latere, quæ adiũgũtur oſſi toracis,qđ eſt in medio pectoris per partẽ chartilaginoſam , qđ os toracis nõ eſt unũ cõtinuũ,quãuis unũ cõtiguũ ſit , ex ſeptem oſſibus ipſum cõponẽtibus, qui uniti ſunt,fortiſſimis ligamẽtis,ita ut neq; incidẽti cultro poſſis ea ſeparare,ueꝝ per bonã decoctionẽ ſeparantur, quę ſunt ſeptẽ cõreſpõdẽtia ſeptẽ coſtis integris,tã ab uno, quã ab alio latere. poſt iſtas coſtas inferius deſcẽdendo,ſunt decem coſtæ mẽdoſę,ſeu non ueræ dictæ,quinq; a dextris & quinq; a ſiniſtris , quaꝝ aliq̃ cũ integris cõponunt furculã inferiorẽ,ubi eſt chartilago ſcutali,quæ etiã ſm partes ſunt diuerſe in ſubſtãtia,qm̃ procedunt a ſpina per partẽ oſſuoſam,& uerſus anteriorẽ partẽ terminãt in chartilagineã ſubſtantiã,ultima quaꝝ eſt minima,& fere tota chartilaginoſa, ſed in parte ſuperiori uerſus gulã ſupra primã coſtaꝝ ĩtegraꝝ eſt os farcule ſuperioris quod non eſt ſeparatum ab oſſe toracis ſed eſt pars ipſius ſuper quod eſt pars,iugullum, ſiue gula dicta,quod quidem os ex tribus cõſtat oſſibus,unum quoꝝ eſt in medio & eſt pars oſſis toracis ſuperior,& habet cauitatem,ſiue figuram curuam uerſus ſuperiorem partem. alia uero duo oſſa unum tẽdit a dextris uerſus adiutorium brachii & apodiatur ipſi adiutorio alterum a ſiniſtris,& tenent,ſiue prohibent,nę ex attractione brachii a muſculis uerſus ante

riorem partem, plus debito attrahatur, & ut etiã melius in ſuis aliis operationibus firmetur.

De anatomia, pleuræ, mediaſtini, capſulæ cordis, & diaphragmatis. Cap. XXVII.

SCinde coſtas omnes tranſuerſaliter in parte chartilaginoſa, tam a dextris, quam a ſiniſtris in loco ubi adiunguntur oſſi toracis, & hoc cultro incidenti, diligenter excoriando ipſas coſtas a panniculo pleure potes tamen aliquas coſtas dimittere, ut uideas poſtea muſculos intercoſtales qui una cum coſtis tangunt ipſam pleurã a parte interiori, tam ab uno, quã ab alio latere, quas coſtas excoriabis fere uſq; ad ſpinã, quib9 excoriatis, amoue ipſas, incidẽdo etiã in parte inferiori, q̃m apparebit pleura, quæ eſt pãniculus cooperiẽs coſtas in parte intrinſeca pectoris, & cõtinẽs mẽbra ſpiritalia, quæ ſunt, cor, pulmo, & reliquę partes, ut uidebis. ſubſtãtia iſtius pãniculi dura, eſt alba, & tenuis, quę ut dixi, cooperit omnes partes intrinſecas pectoris, tã anteriores quã poſteriores laterales, ſuperiores, & inferiores, ut eſt, diaphragma, & eſt duplex, uidelicet dexter & ſiniſter, etenim pãniculus iſte cũ eſt in medio pectoris ab uno latere flectitur, ſimiliter & alius in alio latere, ex qua flexione, & coniũctione duoꝝ pãniculoꝝ fit pãniculus mediaſtinus, diuidẽs pectus in duas partes, uidelicet in dexterã, & ſiniſtrã, & ſic uides pleuriticũ pãniculũ, qui duplex eſt, dexter & ſiniſter, cauſare pãniculũ mediaſtinum, qui panniculus ex duabus pleuritidis panniculis cõpoſitus, eſt albus, & craſſior pleuritico, q̃m ex duobus pãniculis cõſtat, & etiã q̃m nõ eſt extenſus ſuper oſſa, & alia membra undequaq; ſicut pleura. qui pãniculus mediaſtinus eſt ſeparabilis ſ̃m ſuas partes, ſed

ut ipſum uideas,ſcinde pleurã tã in uno quã in alio latere, a parte ſuperiori prope os toracis,& dimitte eã deſcendere inferius,& apparebit iſte pãniculus una cum pulmone, & reliquis mẽbris,qui pãniculus ſua duplicitate cooperit capſulã cordis,ſeparatq; pulmonẽ in dexterũ,& ſiniſtrũ,qm̃ ut uidebis in dextera ſunt tres fibres ſiue pennulæ,quaꝝ una parua eſt,& a quibuſdã nõ pro pulmonis parte cordi deſſeruiente accepta ẽ, ſed ꝑ uene ſtragulo,& ideo fibras pulmonis pares numero eſſe dixerunt,ut ex Galeni dictis apparet ſeptimo de anatomicis aggreſſionibus.in ſiniſtra due tantum,& hoc qm̃ mediaſtinus mediat inter pẽnulas pulmonis,& ſeparat eas in duas diuiſiones.quæ diuiſio in pectore facta fuit, ut ſi uni parti aliquod nocumẽtũ acciderit,altera illeſa remaneat.Sed notabis,ꝙ tã ad pleurã,quã ad mediaſtinũ ueniũt uenæ,arteriæ,& nerui ex reuerſiuis, quas partes ſic dimittere oportet,donec reliquas anatomizabis.ſed antequã ad illas partes uenias.Nota ꝙ iſte pãniculus,qui pleura dicitur,& cooperit pectus a furcula ſuperiori intrinſice, uſq; ad diaphragma,a quo excoriare ipſum oportet, ut partes diaphragmatis melius dignoſcantur.eſt ille panniculus, in quo ſepiſſime accidunt apoſtemata,ſed calida ut plurimum,tam in uno quam in alio latere,& etiam in mediaſtino, quæ apoſtemata ſunt timoroſa ualde,ſed frigida apoſtemata & ſi nõ ſint tanti timoris,nihilominus eſt ægritudo mala quoniam non ſolum materia in tali apoſtemate imbibitur in ſubſtantia pleuræ,uerum etiam & in ſubſtantia muſculoꝝ intercoſtalium,& ſæpe antiquatur,ita ut dolor grauatiuus,& ſempiterna tuſſis hominem moleſtent,ut uidi in magnifico domino Bartolameo de panzatis nobili celeberrimo florenti

no,qui mortuus eſt ex apoſtemate plueretico antiquo, eteni moleſtabatur a dolore grauatiuo per multos annos, & perpetua, ac inſeparabili tuſſicula, quod cum dolor & tuſſis augerentur, ſuperueniſſetq; febris, intēſio tam doloris, quam tuſſis nunquid fuerit a noua materia, uel a parte prioris materiæ quæ incipiebat ſaniari, non eſt iſte locus cognoſcendi. Medici uero, qui eum regebant de doloris & tuſſis augmento non curātes febrem aliam habere mineram, cum eſſet putrida, affirmabant, & ad ipſam febrem tanquam ad principaliorem egritudinem, & magis ſuſpectam tantum remedia porrigentes ſe interpoſuerunt, in ſeptima (ni fallor) uita functus eſt. cuiuſq; precibus filii, ut ſciret cauſam mortis parentis, in illa pte aperiret̃, hi, qui, eum ſecabant me preſente inuenerūt in latere doloris in orizonte diaphragmatis apoſtema magnum durum partim ſuppuratum, & partim ſcliroticum, ſiue duriſſimum, in qua cauitate apoſtematis iuueni duos lapides duros coloris rubei, ponderis dimidię uncię. durities uero apoſtematis non ſolum erat in ſubſtantia pleuræ, uerum & in muſculis intercoſtalibus coſtaꝝ mēdoſaꝝ, & etiam partem diaphragmatis apprēhedebat. uidi & multos alios, a pleuritico apoſtemate mortuos, quoꝝ apoſtemata magna erant quandoq; in uno, & quandoq; in alio latere, & in parte poſteriori, & anteriori, & in mediaſtino, quod deterius eſt. ſed hæc dicta ſint quoniam non ſine utilitate ſunt, & ad reliquas ptes diſſecādas uenio. uiſis igit̃ pāniculis, & pleuræ, & mediaſtini, potes in inferiori parte pectoris pleuram a ſubſtantia diaphragmatis excoriare, & uidere eius ſubſtantiam, & hoc antequam amoueas os toracis, quod dimiſiſti alligatum in ſuperiori parte furculæ ſuperioris, & in infe-

riori,extremitatibus coſtaꝝ ultimaꝝ mendoſaꝝ , hoc pacto
melius inſpicimus mēbra ſpiritalia & ſuos ſitus.& primo ex-
coriata pleura ut dictum fuit uidebis diaphragma, ſiue ſep-
tum tranſuerſum, qđ eſt muſculus planus,rotundus,habens
ut dictum eſt cordam in medio , & partem carnoſam in ex-
tremitatibus,quæ carnoſa pars ducit ortum ab extremitati
bus coſtaꝝ mēdoſaꝝ,incipiendo in dorſo , ubi minus de par
te carnea uidebis,& eſt a uertebra prima coſtaꝝ mēdoſaꝝ, q̃
duodecima eſt,& terminat cum ſua carnoſitate circundan-
do omnes extremitates coſtaꝝ mendoſaꝝ,uſq; ad cartilagi-
nem malum grauatum dictam.habet diaphragma ſua fila-
menta procedentia a circunferentia uerſus centrum , ubi eſt
foramen per quod tranſit meri,& fit os ſtomachi ſed in alio
latere uidelicet uerſus uentrem inferiorem diaphragma co-
operitur pāniculo peritoneo,ſed inſpice ipſum tam in uno,
quam in alio latere,quoniam eadem eſt ſubſtantia , & pro-
ceſſus uilloꝝ,tam in una, quam in alia parte , uidebiſq; ipſū
diuidere membra naturalia a ſpiritualibus,ſiue uentrem in-
feriorem a uentre medio.neq; hic te ſupercilium eleuare uo
lo,ſi diaphragmatis muſculi anatomiam hic inter pannicu
loꝝ ſectionem poſuerim,cum hæc friuola ſit animaduerſio
etenim diuidendo uentrem a uentre,ſiue mēbra a membris
diaphragma ſua craſſitiæ membra ſpiritalia tuendo a ma-
lis & fetidis uaporibus inteſtinoꝝ & ſi muſculus ſit fungitur
tamen officio hoc in caſu panniculi potius quam muſculi,
quare nō ſine ratione de ipſo hic locutus ſum . ſed uide que-
ſo utilitatem potius,& friuolas ſpeculationes dimittito.ha
bet igitur diaphragma & aliud foramen,prope dorſum, per
quod trāſit uena chilis aſcendens & arteria aorti deſcēdens,

in qua parte notabis, q̃ tam uena, quam arteria mittunt a dextris & a ſiniſtris duos ramos ad diaphragma ad uiuifican dum, & nutriẽdum. uide etiam ramos neruoꝝ reuerſiuoꝝ ad ipſum uenientes, qui nerui tranſeunt etiam ad os uentricu li per meri. uide etiam tranſitum neruoꝝ uenientium a ſpon dilibus ad ipſum diaphragma. uide & reliqua, quoniam hic non omnia a me uiſa ſcribere decreui ſed quædam, ut eſt etiã hoc dignum ſane notatu, uidelicet, quoniam pulmo eſt alli- gatus diaphragmati quibuſdam ligamentis, per quæ ſequi- tur motus etiam pulmonis ad diaphragmatis motum. Prin cipalis diaphragmatis utilitas, ut teſtatur Galenus, eſt moue re pectus ad reſpirationẽ, cuius operationis ſe primum me- rito laudat cognitorem. habet & alia iuuamẽta dicta, ut eſt ad fecum expulſionem, & uentoſitatis, & ad fetum expellẽ- dum tempore partus, in mulieribus retento anhelitu, & ad alia. his uiſis in diaphragmate, & allis, ſed inquantum po- tes in ſuo loco dimiſſis, reuertere ad excoriandum pleuram ab uno latere oſſis toracis, & uidebis inter dextrum, & ſini- ſtrum panniculum, qui faciunt mediaſtinum, cauitatem no tabilem ſecundum continẽtiam oſſis toracis, & iſta cauitas eſt antequam uniantur, & cooperiant capſulam cordis. qua cauitate notata, ſequere excorian do ipſum panniculum a capſula cordis uſq; ad dorſum & uidebis, q᷑ in dorſo iſti pã- niculi ſunt uniti uſq; ad ſpinam, neq; ulla eſt cauitas ibi ſed capſula excoriata. uide ipſam, qm̃ cõſtat ex ſubſtãtia pãni- culoſa, craſſa, & dura ſatis, alba, & p̃ceteris pãniculis denſa, ad quã capſulam ueniũt uenæ, & arteriæ a baſi ipſius cordis prodeũtes. ſua quãtitas eſt nota, nã ſatis ampla eſt, ut poſſit in ipſa cor dilatare ſe ad ultimam dilatationem. Et eſt plena

aqua clara. uide etiã, quod iſta capſula pro parte cooperit̃ a pẽnulis pulmõis, & ideo in eius excoriatiõe ſubleuatis pẽnu lis potes optime procedere. ſed ſunt q̃dã negãtes hanc aquã repiri in capſula animalis uiuẽtis, ſed ibi dicũt eſſe ſpirituũ multitudinẽ, quod nõ eſt rõnale, neq; ſenſatũ. etenim ſemp̃ ego inueni ipſam aquã in capſula, nõ ſolũ in notabili quan titate, ſed in magna, neq; poſſum credere ipſam generari, dũ moritur animal, ex diſſolutione ſpirituũ dictoꝝ quos in ipſa dicũt reperiri, cũ iſta aqua ſit craſſa admodũ. ſm̃ ſuam ſubſtãtiã, & ſpiritus ſint ueluti uapores, & ex uaporibus ſiue ſpiritibus ingroſſatis, potius a frigiditate, quæ fuit p̃ calo= ris priuationẽ in mortuo, quã ex diſſolutione, ut aiunt, pau ciſſima generaret̃ quãtitas aquæ, ingroſſata ſubſtãtia ſpiri= tus. Modo cũ iſta ſit multa, cõſtat quod non generetur poſt mortẽ, uel dũ moritur animal, ſed ſit in uiuẽte, ꝑpter multas utilitates dictas a Galeno, uidelicet ut cor primo ab ipſa ir= roretur, ne ex cõtinuo motu exiccetur, & ideo ſimia illa ta= bida, de qua Galenus, inuẽta eſt ſine aqua in capſula cordis. adde etiã, ut ab ipſa actuali humiditate, cũ ſit calidiſſimum mẽbroꝝ ꝑpter ſpiritus, humectetur cor, quod etiã mẽbrum eget cõtinua refrigeratione, & euẽtatione ab aliis, utputa a cerebro, & pulmone. & ideo ut eius caliditatis cõtũderetur acuitas, quæ ſit ex aſſociatione ſiccitatis, cũ ſiccitas ſit lima caloris, & humiditas eſt eius obtuſio, & ut ſua humiditate ca lor aliqualiter refrigeraretur, utiliter natura iſta de cauſa in uiuẽtibus ipſam aquã in iſta capſula ſeruat, quæ aquæ ſub= ſtãtia ſit ex colamẽto ſanguinis ueniẽtis ab epate ad auricu lã cordis, per uiã reſudationis cõtinuæ. Figura uero capſulæ cordis eſt ſm̃ cordis figurã, uidelicet habẽs partẽ ſuperiorem

latam

latã,inferiorẽ uero ſtrictã,ad modũ pineæ figuræ,eſtq; ſenſi bilis ualde,ꝑpter neruos,quos uidebis ad eã ueniẽtes, quare ipſam nerueã minime dixeris, ſcilicet ex neruis cõpoſitã ex rationibus antea in inferiori uẽtre dictis,ſed pãnicularis eſt, ex ꝓpria ſubſtãtia. & creata etiã ultra dicta iuuamẽta ad tu tellã cordis,& ne ab extrinſecis tũ mẽbris tũ uaporibus leda tur,& cũ ipſo genita ſine prioritate tẽporis. & hęc de anato mia dictoꝝ mẽbroꝝ ſatis eſſe uolo. dimitte igit̃ oĩa mẽbra in ſuo loco meliori modo,quo fieri poteſt,ut colligãtiã alio- tũ mẽbroꝝ cõtẽtoꝝ in pectore uidere ſuo loco poſſis, ut eſt pulmo,trachea,meri,nerui reuerſiui & reliqua &c.

De anatomia cordis. Cap. XXVIII.

Scinde capſulam cordis, ſiue thalamũ regalẽ ut ip- ſum regẽ uidere poſſis,qui cor eſt,etenim principa- liſſimũ mẽbroꝝ merito ab omnibus dicit̃, primũ uiuẽs,ultimũ in morte,in dicta capſula iacẽs,tãquã in tutiſ ſimo thalamo,& in medio pectoris inter pulmonis fibras. Figura cordis eſt pinealis aliqualiter depreſſa,habẽs ſuperio rẽ partẽ latã uergẽtẽ uerſus dexterã pectoris partẽ, cooptã ſubſtãtia pulmonis,ultra capſulã.ſed pars inferior cordis eſt acuta,& uergit uerſus ſiniſtrã pectoris partẽ inferiorẽ, quæ cuſpis cordis non cooperitur pulmone,qm̃ in ſiniſtro latere duæ tãtũ ſunt pulmonis fibræ,ſeu pẽnulæ, quæ ſunt breuio res duabus magnis dexteris, & hinc eſt quod motus cordis melius ſentitur in latere ſiniſtro ſub mamilla, cum ibi deſit pulmo coopiẽs cor. Subſtãtia uero cordis carnea eſt, nõ tñ ſicut muſculoꝝ caro, ſed eſt dura & dẽſa,ſimilis multũ carni renũ in duricie,ſed differt in ſubſtãtia,qm̃ uidetur componi ex carnoſis hinulis admodũ firmis,quæ quidẽ ſubſtãtia cor-

dis cooperitur ſubtili mẽbrana, ſuper quã notabis notabi-
lẽ quãtitatẽ pinguedinis, quæ pinguedo, in calidiſſimo mẽ-
broꝝ, nõ eſt, ut quidã dixere, genita a frigiditate, cũ ibi non
ſit frigiditas, ſed iſta pinguedo fit ex parte ſanguis craſſiori
ſupfluente, ſua uiſcoſitate unita, reſolutis quibuſdã, ſed non
omnibus partibus ſubtilibus, agente calore, tamen in albã
ſubſtãtiã conuertitur. ſcio etenim uulgarẽ auctoritatẽ eſſe,
quod id quod cõgelatur a frigido diſſoluit calidũ, nõ tñ hoc
ecõuerſo eſt, qm̃ ſal cõgelatur a calido reſolutis quibuſdam
partibus ſubtilibus ab ipſa ſolis caliditate, nõ tamẽ ſal diſ-
ſoluitur a frigido, ſed bene ab humido, ſed pinguedo cõgela
tur a calido cõplexionali animalis, nõ tamẽ ab ipſo diſſolui
tur, quãuis a ſolis uel ignis calore diſſoluatur, ueꝝ in mate-
ria pinguedinis cũ partes humidiores quæ rarificant ſub-
ſtantiã reſolute ſunt & uiſcoſe ſimul cõglutinate remanent
faciũt pinguedinẽ ex materia propria, qm̃ non fit ex omni
materia, agẽte tamẽ calore, ut dixi. quæ pinguedo ibi a na-
tura locata eſt, ad tutellã, & conſeruationẽ caloris, & ut reſi-
ſtat exſiccationi, ſubſtãtiæ cordis. Nõ me tamẽ latet, quod
caliditas cõbuſtiua agẽs in humidã ſubſtãtiam denigrat ip-
ſam. hoc uero nõ dicitur de moderata caliditate, ut apparet
de cera quæ ad ſolis calorẽ albificatur, ſi ſepe madefacta ſi-
ue aſperſa ſit aqua, ita ut nõ comburatur a ſole, & hæc ſatis.
Et dicitur quod habẽtes partẽ ſuperiorẽ cordis latã uergen
tem ad ſiniſtrã, iſti utũtur ſiniſtra manu pro dextera, ſed qui
habẽt cor rectum in medio, quod neq; a dextris neq; a ſini-
ſtris declinet, iſti ſunt ambi dexteri, uidelicet utẽtes, eodem
modo & dextera & ſiniſtra, pro arbitrio. Vide igitur cor ia
cẽs in medio declinãs cũ parte lata uerſus dexteram, in qua

parte ſunt duæ ſubſtãtiæ membraneæ pro parte, quas auri culas cordis uocant, una a dextris, & altera a ſiniſtris, ſed auricula dextera amplior eſt ſiniſtra, uerum ſiniſtram longe minorem uidebis. preterea ſiniſtra durior & dẽſior dextera eſt. Et hoc fuit, qm̃ dextera auricula continet ſanguinem, qui eſt craſſior, neq; multe acuitatis. Sed ſiniſtra continet ſpiritus, qui & ſubtiliores, & calidiores ſanguine ſunt. Etenim aricule date ſunt cordi a natura, ut deſſeruirẽt uẽtriculis cordis, uidelicet dextero, & ſiniſtro cum ſint unitæ ſuis extremitatibus, & ſunt dictæ auriculæ rugoſæ, ut poſſint ſecundum oportunitatem dilatari, & conſtringi. eſt & alia utilitas, quæ eſt ut dextera detineat ſanguinem, qui ſit paratus, quãdo ex continua tranſmiſſione a dextero uentriculo ſanguis ab ipſo elaboratus ad ſiniſtrum tranſmittitur, ne forte deficiat materia aliqua p̃paratione p̃parata dexteri uẽtriculo, & etiã in conſtrictione cordis ſanguis ibi expreſſus detineatur, & ſic iſta auricula ſeruat materiã miſſam ab epate, ſiue attractã, a corde. nolo nunc ingredi iſtã difficultatem, ſat eſt quod materia præparata aliqua preparatione ibi ſeruatur, & apertis hoſtiolis ingreditur cor, quæ hoſtiola uidebis circa extremitatem uentriculi habentia ligamenta ſubtilia trahentia ipſa intra cordis ſubſtantiam. ſiniſtre uero auris officium eſt tranſmiſſum ſpiritum in ſiniſtro uentriculo cordis elaboratum, & perfectum ibi conſeruare, & eius acuitatem per aliquam moram ibi factam aliqualiter remittere, ſi qua fuerit acuitas ut p melius tẽperamentum, meliores ab ipſo ſpiritu per arterias tranſmiſſo ſequantur operationes, & ideo ſiniſtro uẽtriculo cordis intra eius ſubſtãtiam data ſunt hoſtiola quæ aperiuntur intra cordis ſubſtantiam, ut cedant ſpiri

tui ingredienti intimas uentriculi partes & habent ſuſpen-
ſoria, ſiue ligamenta intra cordis ſubſtantiã. Sed in uentricu
lo dextero data ſunt hoſtiola, quæ aperiuntur etiã intra ut
cedãt ſanguini ingredienti uentriculũ dexterũ. In parte etiã
ſuperiori cordis, quę lata eſt, ut dixi, ubi uidiſti auriculas uide
bis duo uaſa magna ipſis auriculis unita, quorũ unum a dex
tris, eſt uena chilis aſcendens dicta, quæ ab epatis gibbo per
forando diaphragma ad cor procedit. alterum quod eſt in
parte ſiniſtra, eſt arteria aorti, quæ a uentriculo ſiniſtro
cordis primo ſpiritum ad alia membra defert, quæ poſtea ra
mificatur deſcendendo, & aſcendendo una cum dicta uena
chili. officium igitur uenæ aſcendentis ad dexterum cordis
uentriculum eſt ducere ſanguinem ad ipſum dexterum cor-
dis uentriculum ab epate acceptum, ut in ſpiritum conuer-
tatur. arteriæ uero officium eſt, ut deferat ſpiritum a corde
ad omnia membra, ut uiuant, & etiam per aliquam imuta-
tionem imutatus ab ipſis membris, fiat & animalis, & natu
ralis, ut aiunt medici, facta alteratione a proprio membro.
Notabis etiam in corde quod uena chilis antequam ad uen
triculum dexterum cordis deueniat, mittit ramum notabi-
lem, ad partem ſuperiorem, & exteriorem cordis, qui in quã
plures ramos ramificatur per totam exteriorem ſubſtãtiam
cordis ad nutriendum ipſum cor. quare ex hoc habes quod
ſi ſanguis generaretur in corde, natura nõ mitteret uenã ab
epate ad nutriendum ipſum, ſimiliter & arteria duos ramu-
ſculos ad cordis ſubſtantiam exteriorem mittit. Notabis
etiam radices cordis, quæ ſunt in ſuperiori parte, ubi dorſo
adheret prope auriculas, quæ ſunt nerueæ, ſiue ligamentales
dure ut continuũ motũ cordis ſubſtinere ualeant, his anno-

tatis ſcinde cor in parte dextera, incipiendo a cuſpide, ſecũdum longitudinem uerſus ſuperiorem partem, ſed non uſq; ad ſubſtantiam auriculæ, neq; multum profunda ſit inciſio, ne paries qui eſt intermedius, offendatur. qua facta inciſione apparebit cauitas notabilis, quæ uétriculus dexter dicitur, in quo, ut dictum eſt ſanguis præparatur, ut in ſpiritum uitalem conuertatur, & ut ad pulmonem per uenam arterialẽ pars mittatur ad nutriendum ipſum. & ideo in ſummitate iſtius uentriculi, ubi eſt auricula, uidebis duo orificia quoꝝ unum magnum eſt uenæ chilis ducẽtis ſanguinem ab epate, ut dixi, in qua extremitate ſũt tria hoſtiola iam dicta ſubſtantiæ albe pellicularis, figure ſemicirculi, quæ claudunt cauitaté cordis & apiunt̃ itra ſubſtãtiã cordis, ita ut in eoꝝ apertione parieti cordi apodiẽtur, & habent ligamenta ſubtilia ad intra cordis ſubſtantiã, detinẽtia ipſa hoſtiola. aliud uero orificium tranſit in ſubſtantiam pulmonis, deferés nutrimentum ipſi ex ſanguine in dextero cordis uentriculo p̃parato, per quam uenam pulmo etiam, ad cordis refrigerationẽ aerẽ mittit, & hoc fit, qm̃ aptis hoſtiolis ad ſuſcipiẽdũ nutrimentum egreditur ſpiritus ſiue aer qui a pulmone detinebatur qui inſpecta cordis caliditate frigidus eſt. & iſta uena dicitur uena arterialis, qm̃ & ſi ducat ſanguinẽ ad pulmonem attamẽ ex duabus cõſtat tunicis, ut ſit fortis in reſiſtendo motu continuo pulmonis, & acuiati, ſiue caliditati ſanguinis. In quo uene arterialis orificio, tria uidebis etiam hoſtiola eiuſdem figure & ſubſtantiæ, ſed minora illis qui in cordis uentriculo ſunt, qm̃ uena iſta longe minor eſt. Et iſta hoſtiola aperiuntur intra ſubſtantiam pulmonis. Nota etiã quod ſubſtantia cordis in dextera parte non eſt ita denſa, &

craſſa,ſicuti ſubſtantia quæ in ſiniſtra parte eſt, & hoc fuit, qm̄ ſanguis eſt craſſior, & minoris actiuitatis, quam ſpiritus ſit,& ideo parietes uentriculi ſiniſtri fuerunt & craſſiores,& duriores. Et ut ipſum uētriculum ſiniſtrū uideas, Scinde ſubſtantiam cordis in parte ſiniſtra, ſicut feciſti in dextera, incipiendo a cuſpide aſcendendo uerſus baſim. Sed in iſta parte potes magis profundare inſtrumento incidente, qm̄ (ut dixi) parietes ſunt craſſiores, ex cauſis dictis, & ut cōtineāt ſpiritū, qui ſubtilis eſt, ne reſoluatur. facta igit̄ ícíſione uidebis cauitatē ſiniſtrā minorē dextera, quā cauitatem uentriculū uocāt,& fuit minor, qm̄ ſpiritus quātitas longe minor eſt ſanguinis quātitate. Vide etiam in extremo iſtius uētriculi, qm̄ ſunt duo uaſa ſicut in dextero uidiſti, & habēt ſua orificia quorꝫ unū eſt magnū, ſed non tante magnitudinis, ſicuti eſt uena chilis, quod orificiū magnū eſt arterię aorti ducēs ſpiritū, ut dixi, in omnes corporis partes, in quo ſūt hoſtiola, ut dixi, in figura, & ſubſtātia iam dicta. Sed parꝫ inferius, ſcilicet in cauitate uētriculi cū ſuis ligamētis, uti uidiſti in orificio uenæ chilis. Sed notabis hic qm̄ ex tribus dictis hoſtiolis unū ſemper íueni quod nō ex toto eſt cōtinuus cū pariete cordis, ſed habet ſeparationē per quā aſcēdit ſpiritus ad arteriā aorti, ut trāſeat ad totū corpus, quā ſeparationē multi antiqui nō cognouerūt ſed ego ipſam oſtendi. Et iſta hoſtiola aperiūtur intra cordis ſubſtātiā uerſus cuſpidē ſicut in dextero, ut cedāt ſpiritui ingredienti intimā cordis partē. Vide etiā in principio arteriæ, qm̄ ſępe íueni tria hoſtiola alia quæ nō habēt ligamēta, & hoc ut ſpiritus libere egrediatur ad partes oēs corporis per arteriā & aperiunt̄ intra arteriā. Aliud orificiū uaſis eſt arteriæ uenalis orificiū,

quæ arteria trãſit ad ſubſtantiã pulmonis,& ducit aerem ad refrigerandũ cor,apertis ſcilicet hoſtiolis ad ſuſcipiendũ nutrimentũ,nã in tali apertione egreditur aer, refrigerãs cordis caliditatẽ,ut dixi,de uena arteriali.Et etiã ducit ſanguinẽ ſeu partẽ craſſiorẽ ſanguinis ſubtilis nõ cõuerſam in ſpiritũ,ad nutriendũ pulmonẽ,in quo arteriæ uenalis orificio ſunt duo tantũ,hoſtiola,ſubſtantiæ pellicularis & figurę ſemicircularis,quę ſunt minora aliis omnibus, & aperiuntur extra & intus.Neq; claudũt pfecta clauſione,neq; habẽt ſuſpẽſoria, qm̃ in iſta parte non eſt tãtus ſanguinis impulſus, nec tãta quãtitas ipſius,& etiã qm̃ egebat maiori refrigeratione,& ideo foramen in iſta parte magis liberꝝ fuit, & hoſtiola nõ fuerũt alligata,neq; pfecte claudũt ipſum foramẽ, ut & nutrimentũ, & refrigeratio libera ſit. Notabis etiam quod arteria uenalis conſtat ex una tãtum tunica, qm̃ pro maiori parte deſeruit cordi,deferẽdo aerẽ pro refrigeratione ipſius,& paꝝ de ſanguine trãſit pro nutrimẽto ad pulmonẽ reſpectiue,etenim in ſiniſtro latere minor quãtitas pulmonis eſt,nõ ſolũ ſm magnitudinẽ, ſed etiã ſm numeꝝ. At qm̃ nõ deſunt difficultates apud doctiſſimos antiquoꝝ,nũquid in corde inueniatur tertius uẽtriculus,qui uentriculus nõ ſemper in ſectione mortuoꝝ apparet.Ideo notare oportet,inter iſtos uentriculos eſſe parietẽ ſatis craſſum, in ſummo cuius uerſus baſim cordis,ſiue uerſus partẽ ſuperiorẽ latã, eſt quædã cauitas parua,quã cauitatẽ inueni, & oſtendi 1534. in quodã,qui habebat cor magnũ,& tante magnitudinis,quantã nũquã in alio homine uidi. Vidi etiã iſtam tertiã cauitatẽ,ſeu uẽtriculũ in aliis,ſed non in oĩbus, quare ex iſtis ſcies,dari tertiũ uentriculũ,nõ ſolũ in magnis anima

libus,ut dicebat Galenus,ſed etiã in hominibus. ex hoc etiã cognoſces errorẽ dicentiũ tertiũ uentriculum eſſe in medio pariete,cũ paries iſte ſit ſubſtantia denſa dura & ſine cauitate. Nota etiã quod in uẽtriculis cordis ſunt quidã hinuli,ſiue quædã ſubſtantiæ carneæ,quæ ſe intercidũt,procedentes ſm diuerſos inceſſus. Et habet figurã paruoꝶ muſculoꝶ rotundã,& oblongã,quas partes ſi quis bona inſpectione inſpiciat uidebit cõponere molẽ cordis,etenim procedũt fere uſq; ad ultimã ſuperficiẽ cordis,quãuis ſint unite. hoc tamẽ ueꝶ eſt,quod in ultima parte cordis exteriori nõ uidetur amplius proceſſus iſtoꝶ hinuloꝶ, ſed ſubſtãtia eſt denſa , & dura,ut diximus , & maxime in extremitate cuſpidis . in qua etiã cordis ſubſtantia Notabis diuerſos inceſſus filamẽtoꝶ facientes ad diuerſos motus ipſius. Vtilitas uero dictoꝶ hinuloꝶ eſt cõtinere cor,ne ultra modũ dilatetur. Nota etiam in animali magno,ut ſũt boues & cerui annoſi reperitur in parte ſuperiori cordis,quædã pars dura chartilaginea,quam ſubſtantiã in hominibus nõ inueni. Sed qm̃ ſcribẽtes de corde ſe uidiſſe multa dicũt. quare cũ & ego ſępe mirabilia uiderim,nõ pigebit nonnulla notatu digna hic ſcribere. 1533. in cenobio diuoꝶ Ioãnis & Pauli,uidi in corde cuiuſdã hominis mortui ex uulnere capitis per me anatomizati,quem hominẽ cognoui ſanũ,& ipſum etiã uulneratũ uidi,cũ quodã chirurgo qui ei medelã præſtabat , quẽ cũ ex ipſo uulnere morituꝶ iudicaſſem,qm̃ erat cũ pãniculoꝶ inciſione. Rogaui chirurgũ ut poſt mortẽ uellet mihi denunciare , ut habita licẽtia a preſidẽtibus ipſum anatomizarẽ,quod factũ fuit, qm̃ peregrinus erat,in qua diſſectione plura uidi digna admiratiõe , quoꝶ primũ eſt,quod in uẽtriculo dextero cordis

uerſus

uerſus hoſtiola in uno illoꝝ hinuloꝝ erat apoſtema notabi-
le,quod aſcēdebat uſq; ad unū hoſtioloꝝ, quod hoſtiolum
erat etiā tumidū tumore notabili,& apoſtemoſo. Vidi etiā
in iſtomet auriculā ſiniſtrā cordis,quæ paruiſſima erat, ulce
ratā totā exterius cū ſanie manifeſta. Et in ſubſtātia pulmo
nis in parte ſiniſtra erat ulcus magnū cōcauū, & putridū ad
quātitatē multo maiorē quā ſit dimidia pars corticis unius
oui gallinacei,cū ſua profunditate, in qua cauitate erat ſa-
nies multa,& mala.iſte tamē homo,dū eſſet ſanus,ideſt an-
te capitis uulnus,qm̄ noui hominē,nunquā cōqueſtus eſt de
aliquo dolore,neq; tuſſiebat, poſtquā uulneratus in lectulo
manebat &c.tn̄ in capite duo apoſtemata inueni unum in
ſubſtātia cerebri prope uulnus,alteꝝ in cerebello poſteriori,
etenim uulnus erat in parte dextera, prope ſagitalē cōmiſſu
rā,cū inciſione pāniculoꝝ. iſta apoſtemata aperta fuerunt,
& erant ſupurata cū ſanie laudabili, a quibus mortuus eſt,
qm̄ alienādo receſſit cū paraliſi tamen lateris oppoſiti uul-
neri. hic nō igrata cadit ſpeculatio, uidelicet unde ſit quod
uulnerati in capite,utplurimū ante mortē paraliticātur, in
latere oppoſito uulneri ſm̄ medietatē corporis uniuerſali-
ter.Sed qm̄ mea hic non eſt intentio reddere cauſas ęgritu-
dinum,ſed corporis partes per diſſectionem cognoſcere,de
hoc uidebis in tractatu noſtro de uulneribus capitis. quare
dicta ſatis ſint intelligentibus ut ſciant etiam cor poſſe pa-
ti non ſolum malam cōplexionem,& ſolutionem continui,
at quæ malam compoſitionem diſgiuntim, ſed etiam apo-
ſtema.Et ne me hoc per ſomniū udiſſe credas affuerunt quā
plurimi doctiſſimi medici ac philoſophi, quos fide dignos te
ſtes habere gaudeo,qui & ſi antea a me nominati fuere, eos

etiam hic nominare nō pigebit, qui ſunt Victor Trincauella, Mafeus de mafeis, Franciſcus Marinus & alii, ſed nonne & tu doctiſſime Hieronyme marcelle hæc uidiſti, nonne & Hieronymus ferro & noſter utriuſq; iuris doctor Ricius ſcriba & alii doctiſſimi nobiles uiderunt, ſed ne rem in tedium ducamus ob nimiam prolixitatem ſermonis, multa a me uiſa dimittere decreui ſed unum non preteribo, ſis enim me ſecaſſe mōſtruum natum apud foſſam clodiam, qui duo uidebantur eſſe maſculi ſic coniuncti, quæ coniunctio incipiebat ab infima parte toracis uſq; ad umbilicum, quibus corporibus ſic coniunctis duo erant capita propriis collis ſubſtētata, duo pectora, quatuor brachia & manūs, ſed inferior uenter unus tantum uidebatur, etenim una erat umbilicalis uena, quatuor etiam erant crura & pedes, & hæc ſunt partes extrinſice, & modus ipſaꝝ. Intus uero poſtquam ipſum ſecauimus, ī pectore primo inueni duos pulmones propriis ī locis, qui ambo tamen pulmones unam tantum capſulā cordis cooperiebant, in qua capſula duo erant corda diſtincta, ſeſe contangentia, & depreſſa, ſiue plana in illa parte, ī qua ſe cōtangebāt, in ceteris habebāt figuram naturalem cordis, nam erant auricule, uenæ arteriæ, ſingulo cordi, quæ corda erant in illa ultima parte pectoris, ubi ſeſe corpora uniebanť, unum etiam diaphragma diſtinguebat naturalia mēbra a ſpiritalibus, cum ſua parte cordoſa in medio perforata meri, & aliis uenis, ſub quo diaphragmate unus erat tātum uētriculus, ſiue ſtomachus coopertus uno epate, qď diuidebatur a quodam pāniculo non perfecta diuiſione in duas partes. Inteſtina erant etiam imperfecta qm̄ neq; in quātitate, neq; in figura, & loco naturaliter ſe habebant, neq;

naturaliter procedebant, qm̃ non tendebant ad anum per illam cauitatem, ubi eſt ueſſica inter pectinem, & os ſacrum imo nullum erat foramẽ in loco ani. Virilia etiam membra imperfectiſſima erāt, etenim teſtes non pendebant, neq; inuenti ſunt, unum etiam inueni ſplen & quatuor renes, quæ non erant in propriis locis, unum quoq; inueni ſub ſpatula ſiniſtra inter coſtas, & os ſpatulare, quod quidem monſtrũ dicebant uixiſſe per quatuor dies poſt natiuitatem, legentes rogo, ne ægre ferant me hæc incidentaliter dixiſſe. Mirabile cærte eſt, etenim propterea qm̃ duo corda erant in una capſula, uolui ipſum deſcribere, quæ corda ſe contangebant & uixerunt per quatuor dies. quare poſt hoc te tum ad ſecandum, tum etiam ad uidẽdum reliquas corporis partes, dimiſſa cordis anatomia, accedere, admoneo.

¶ De ſectione pulmonis Cap̃. XXIX.

Dimitte cor in ſuo loco, poſtquam omnia dicta uidiſti, & inſpice pulmonis ſubſtantiam, quæ conſtat ex carne rara, leui, coloris rubei ad albedinem tendentis, cooperta ſubtiliſſimo panniculo, per quem ſentit ꝓpter neruos reuerſiuos ad ipſum pãniculum uenientes, qui pulmo diuiditur in duas partes a mediaſtino, & hoc, ut ſi nocumentum uni parti acciderit altera non ledatur. ſubſtantia tota pulmonis conſtat ex quinq; fibris ſiue pennulis, quaꝝ tres ſunt in latere dextero pectoris, & due in latere ſiniſtro. quæ uero ſunt in laterẽ dextero ſunt alligate quibuſdã ligamẽtis coſtis ſuperioribus, & inferioribus, & etiam diaphragmati, ex quibus tribus, duæ pẽnulæ ſunt longiores laterales, ſed illa, quæ in medio eſt breuior dictis eſt ſub quam pẽnulã tranſit uena chilis aſcendẽs ad cor, quam quidem pennulam qui

dam nolunt inter pulmonis partes nominare qm̄ eſt quaſi ſtragulum ipſius uenæ,& ideo iſtam pennulam cauam in illa parte,ubi apodiatur uena uidebis,&hoc fuit,ut commodius uena ibi apodietur. duæ uero pennulæ, quas longiores uidiſti, ſunt longiores uerſus dorſum magis, quam uerſus anteriorem pectoris partem. Sic etiam uidebis pēnulas in latere ſiniſtro alligatas coſtis ſuperioribus, non tamen ligantur diaphragmati,neq; coſtis inferioribus,qm̄ in iſta parte pennulæ,ſunt minores,neq; ad diaphragmatis terminū in parte anteriori attingūt. Pulmonis uero ſubſtantia in hominibus,ut ſenſu apparet,totam cauitatem ſuperiorem pectoris implet,& adheret dorſo,& coſtis per ligamenta non debiliā, ita quod non ſine difficultate ſeparatur pulmo a coſtis, ſiue a pleura in parte ſuperiori,ut ſenſu uidebis in pluribus:dico hoc qm̄ quandoq;,ſed raro,inueni pulmonem,qui non alligabatur coſtis per talia ligamenta, propter quod crediderunt quidam iſta ligamenta non eſſe neceſſaria. Sed conſiderata cordis nobilitate, ne premeretur a tali & tanta pulmonis mole dico optime naturam operatam eſſe, dantem talia ligamenta, ſiue ſuſpenſoria pulmoni, quæ quidem ligamenta ſunt ſubtilia,neq; impediūt motum,cum ſint extēſibilia& cedentia.Et ego fere ſemper iſtam inuenio adherentiam pulmoni cum pleura,& non ſine difficultate partes ſuperiores pulmonis a pleura ſeparaui & maxime in partibus lateralibus.officium pulmonis eſt refrigerare cor ſua inſuflatione aere per aſperam arteriā attracto,qui quidem aer non eſt elementum purū ſed corpus aereum,& ideo poteſt nutrire quamuis aliter ſenſiſſe Galenū ille magnus philoſophus credidit,nam aer in ipſo pulmone præparatus ſpiritum nu-

trit ſeu reſtaurat. quam aeris attractionem qđ poteris experiri, ſi excoriata gula, & perforata trachea ĩ aliqua parte folle ſufflãdo pulmonem mouebis, etenim ſic ſufflãdo uidebis quomodo mouetur pulmo in inſpiratione aeris &c. in ſubſtantia pulmonis ſunt texturæ dictaꝵ uenaꝵ in anatomia cordis ſcilicet in parte ſiniſtra eſt arteria uenalis pulſatilis, quę a cordæ procedit, & ſeminatur per ſubſtantiam pulmonis, quæ cõſtat ex ſimplici tunica, ut dixi, & hoc qm̃ pro maiori parte ſubminiſtrat aerem cordi. In dextera uero pulmonis parte ſeminatur uena arterialis quieta, & non pulſatilis, quæ cõſtat ex duplici tunica, & quoniã calidiſſimus ſanguis & ſubtiliſſimus & in maiori quantitate per ipſam mouetur ſiue tranſit continuo, ut ipſi reſiſtere poſſit, fuit ex duplici tunica. uide etiã in pulmone ultra ramificatiões dictaꝵ uenaꝵ & arteriarum, quæ ramificationes plurime ſunt, raritatem ipſius ſubſtantiæ, & poroſitates, in quibus & catarri, & aliæ humiditates imbibuntur, quæ ex admixtione aeris ſpumoſe ſunt, & etiam ſpumoſæ exſpuunt͛, quæ ſpumoſitas nõ ſolũ eſt in iſtis humiditatibus, ſed in ſanguinæ qui in fracturis uenaꝵ pulmonis expuitur. Et hoc eſt ex admixtione aeris cum ipſo ſanguine, & ex motu continuo pulmonis, & caliditate a quibus ſubtiliatur, & fit ſpumoſus. Etenim ĩ aliis uenis pectoris nõ uidebis ſanguinem ita ſpumoſum, ſicuti in pulmone, qua propter diſtinguitur ſanguis pulmonis a medicis, ab alio ſanguine per ſpumoſitatem. In iſtam etiam pulmonis ſubſtantiam ingreditur & trachea arteria, quæ ubi a pulmonis ſubſtantia continetur deſcendendo pro maiori parte chartilaginoſæ ſubſtantiæ eſt & annuloſæ alligate, ligamẽtis membraneis duriſſimis, ſed extra pulmonis ſubſtantiam

aſcendendo uerſus linguam, eius ſubſtantia chartilaginoſa pro parte eſt. reliqua uero pars eſt mēbranea, itaq; dimidietas & plus partis tracheę a parte anteriori chartilaginea eſt. & alia pars membranea a parte poſteriori, quod factum fuit ne lederet meri deſcendens ad ſtomachum, quę trachea arteria diuiditur ad partes pulmonis ingrediendo ſubſtantiam pulmonis, tam ad dexteram, quam ad ſiniſtrā, qui rami, poſtquam ad omnes pulmonis partes ſeminantur, per plurimas ramificationes uſq; ad ſubtiliſſimas, & minutiſſimas partes una cum duabus iam dictis uenis, uidelicet arteria uenali, & uena arteriali, cauſant ſubſtantiam in formam retis, ſicut dixi de epate & per iſtam arteriam, quæ aſpera etiam dicitur, pulmo trahit aerē ſiue corpus aereū extrinſecum ad ipſum inſpirando dilatato ſcilicet pulmone & conſtricto expelluntur uapores mali. etiam expellit ſuas ſuperfluitates tuſſiendo, qđ ſi intrinſecas pulmonis uenas uiderẽ deſideras, potes eas uidere denudata carne ab ipſis, ut dictum fuit de epate, uidelicet prius per aliquod tempus dimittendo pulmonem quoquomodo marceſſere, & poſtea carnem a uenis denudādo. Ex dictis uidiſti tria genera uenaꝝ ingrediētium ſubſtantiā, & cōpoſitionē pulmonis, uidelicet arteriā uenalē, uenā arterialē, & tracheā arteriā, q̄ ut dixi, faciunt texturam, quæ carne molli repleta, & pāniculo a pleura orto recta, per quē panniculum ſentit pulmo mediantibus neruis pulmo dicitur, quę quidem ſubſtantia pulmonis, ſi recte inſpexeris, iacet in medio pectoris uergens magis uerſus ſiniſtrā partē, ut ſequat̃ cordis ſitum, etenim cor magis uerſus ſiniſtrā declinare uidetur ſua cuſpide, quare ſi etiam pulmo ad ſiniſtram declinat, non irrationale eſt, & ibi habet etiā minores, & pau

ciores pennulas,ut non impediretur cordis motus,aut quan titate aut numero pennulaꝝ.Pulmo etiam non ſolum alligatur ꝑ ligamenta,ſiue panniculos pleuræ, & diaphragmati ſed etiam dorſo.quare mouetur pulmo ſic alligatus ad motũ diaphragmatis,& muſculoꝝ intercoſtalium pro maiori parte,ex his potes ſcire pulmonem cordi inſeruire,trahendo aerem pro refrigeratione ipſius,& ꝑparando ipſum ad admixtionẽ ſpirituũ,etenĩ ſpiritus ex ſanguine & aere a pulmone præparato fit, & hinc dicunt ſpiritũ fieri ex ſanguine ſubtili aereo.Eſt etiã pulmo quaſi cordis ſtragulum , dico quaſi qm̃ ſubſtãtia pulmonis nõ tangit cor,cũ ſit cor a ſua capſula uelatũ.Pulmo etiã neceſſarius fuit ad uocis formationẽ,& fortitudinẽ,qui etiã prodeſt cõtinẽdo in ipſo aerẽ bonũ,& prohibẽdo ne malus ĩgrediatur retẽto bono,cũ quis ſentit malos odores. Neq; dimittas colligãtiã meri,quod procedit ab ultima parte oris,& deſcẽdit uſq; ad diaphragma,tangendo tracheã,ſub quo meri eſt & uena chilis deſcendens,& arteria aorti,quæ omnia mẽbra trãſeũt per dorſi ſpinã,in qua parte ſuperiori uidebis ſupra cor quãdã carnẽ glandoſam,ſupra quã apodiatur uena chilis,tanq̃ ſuper culcitrã , & iſtã carnẽ moꝝ appellãt,& hoc fuit ne mẽbra nobiliſſimo mẽbro deſeruientiã lederentur a duritie ſpine dorſi.

¶De anatomia quarũdã partium colli,& mandibulæ inferioris,dentiumq;. Cap̃. XXX.

NOn potes perfectã tracheæ arteriæ,& meri anatomiã habere,ſi pulmonem & cor amoueas , & iſta de cauſa dimitte iſtas partes in ſuo loco , neq; etiã uidebis ipſa mẽbra,uidelicet tracheã,& meri,niſi prius amotis quibuſdã partibus colli,ſiue gulę.quare poſt dicta mẽbra

incipe excoriare gulā, quæ pars eſt ſupra furculā ſuperiorem pectoris uſq; ad mādibulam, & eſt gratia pulmonis, ut docte dixit Galenus octauo de uſu partiū. qua gula excoriata, uidebis ſubſtātiā pāniculi carnoſi, quo panniculo diligēter excoriato, uidebis duas uenas aſcēdētes, unā a dextris & alterā a ſiniſtris, quæ procedūt a uena chili aſcēdēte, & ſunt cōcomitate a duabus arteriis uenientibus ab arteria aorti aſcēdētæ, quæ uenæ trāſeūt ſuper duos muſculos lōgitudinales, qui ſūt in collo, uel gula, & ramificantur tā uenæ, quā arteriæ uerſus aures, tā a parte anteriori, quā poſteriori, uſq; ad minutiſſimos ramos, quos capillares uocāt, ad nutriendū, & uiuificādū muſculos tēporales, & reliquas partes ſuperiores capitis, & iſtæ uenæ ſic p gulā aſcēdētes dicūtur guidē manifeſte, eo qm̄ ſūt ſupra muſculos apparētes, ad differētiā duarū uenarū guidem occultarū, quæ ſunt ſub muſculis, ſed arterias quidā appellant apopleticas. Vide etiā ſupra iſtos muſculos lōgitudinales quoſdā ramos neruorū reuerſiuorū, a ſexto pari uenientes ſi ab opticis enumerare ceperis, quod ſi a primo pari quod ad nares deſcēdit enumerabis, ſeptimū erit qui nerui etiā cū aliis neruorū coniugationibus admiſcētur, & trāſeūt ad linguā, & ad muſculos glotidæ arteriæ, & iſti dicūtur nerui uocis, qm̄ fractis, aut impeditis, animal uocē amittit, qui etiā nerui trāſeūt ſub aurē. quare animaduertant, qui manibus egritudines in dictis locis tractāt, ut ſunt apoſtemata, & ulcera, ne inſtrumētis incidentibus, aut unguētis rodentibus, cauſticiſue, actu, ſiue potētia hos neruos ledāt, qm̄ ſequitur uocis amiſſio. de quibus etiā operationibus admonuit nos Galenus, improbans illū ignarū, & anatomiæ imperitū, qui uolēs eradicare ſcrofulas in collo cuiuſdā, lacerato neruo,

uo,

uo,ſemiuocalem patiētē dimiſit,& hoc qm̄ in uno tātū latere nerui fuerūt lacerati. Si uero & in alio latere fuiſſet neruus laceratus,utiq; ſine uoce penitus factus eſſet, quod potes experiri ex Galeni dictis, ſi animal brutum acceperis, excoriando cutē in collo, ſub auribus,ita ut neruus appareat, & neruū ip̄m filo ligabis,& hoc in uno latere colli qm̄ ligato neruo, animal ſemiuocale efficietur, quod ſi in alio colli latere aliū neruū ligaueris,ſine uoce penitus animal erit,quod ſi in uno latere diſſolues,redibit ſemiuocale.ſi uero & in alio latere ſolueris , tota uox redibit , quod facere facile eſt illis, qui in ſectionibus ſunt aſſueti. Sed ſi reliquū proceſſum neruoꝝ reuerſiuoꝝ uidere deſideras,īcipe in iſta colli parte poſt aurem excoriare,& aliis partibus dimiſſis procede deſcēdendo,qm̄ optime ipſos uidebis procedere ad cannā pulmonis, & ad meri deſcēdentes,& aſcēdētes per ipſum uſq; ad os ſtomachi, & etiā ad inteſtina uſq; ad os ſacrū,in quo meri pluri mas reuerſiones uidebis,in qua oris ſtomachi parte notabis iſtos neruos eſſe molliores. Sed iſte neruoꝝ pceſſus nō oſtenditur in anatomiis,quę fiunt ad oſtendēdū iuuenibus modū introductoriū ſecandi cadauera. Sed oportet habere unum ſubiectū particulare,& in ipſo uidere,ut ſępe ego feci,uidendo aliquod mēbrū dū ultimā eius cognitionē deſidero. Iſtis annotatis uide in gula duos muſculos lōgitudinales trahentes caput ad partē anteriorē inferius , unus quoꝝ eſt a dextris,alter a ſiniſtris,qui ſunt lati,& procedūt ab auribus deſcēdendo ad inferiorē partē uſq; ad furculam pectoris, & ut dictū eſt,ſuper iſtos trāſeūt uenæ,arteriæ,& nerui dicti,quos muſculos eleuare oportet diligenter,ne ledantur dictę uenę, & nerui , qm̄ ſub ipſis muſculis uidebis proceſſum duaꝝ ue-

naꝝ guidem occultaꝝ, una cũ arteriis apoplecticis, ſiue caro-tidis dictis, quæ omnes tã uenæ, quã arteriæ trãſeunt ad ſub ſtantiã cerebri, ut uidebis, ubi de anatomia uenæ chilis aſcẽ dentis, & arteriæ aorti ſcribã. Sed anteq̃ ad inſpectionem iſtaꝝ uenaꝝ uenias, Notabis etiã duos muſculos, qui imedia te ſub longitudinalibus poſiti ſunt, quoꝝ ortum uidebis ab uno capite eſſe a capite tracheæ arteriæ, quã partem caput brunchi appellãt, uidelicet in parte ſiluestri ſub lingua, & de ſcendunt uſq; ad iuncturã, ubi os adiutorii brachii apodia-tur oſſi iuncture ſpatulæ, & habẽt tam in parte ſuperiori ad caput brunchi, quam in parte inferiori ad iũcturam ſpatulę partem carnoſam, & in medio habent partẽ chordoſam, ui-delicet inter duo capita carnoſa, ita ꝙ chorda eſt in medio, qui muſculi ſunt rotundi, de quibus nullam iueni deſcriptio-nem, tam ſubſtantiæ, quã utilitatis apud antiquos anatomi ſtas. quare non ingratũ fore putaui ſi incidentaliter aliquid dixero, tam de figuræ modo quã de eoꝝ utilitate, igitur figu ra dictoꝝ muſculoꝝ eſt rotũda, oblonga, in capitibus carno ſa, & in medio habet chordam, & hoc factũ fuit a natura nõ errante, ut per attractionem chordæ, a capite muſculi termi nantis ad iuncturam ſpatulæ per partẽ carnoſam, dilatetur caput brunchi, cum loquimur, conſtringaturq; ſubinde, cum aliud caput muſculi, qđ eſt ad ipſum caput brunchi, eandem chordam trahit, & etiam in minoris aeris inſpirati neceſſita te, & maiori indigentia retẽtionis, quæ duæ operationes ab uno membro procedentes fuerunt cõſentaneæ nature, quæ non abundat in ſuperfluis, neq; deficit in neceſſariis, faciẽs per unum mẽbrum duas operationes ut eſt hic per unũ tã-tum par muſculoꝝ. Sed dicere chordã hic in medio datam

eſſe ut cedat muſculo ſuperuenięti non eſt illius uiri ingenii bonitatis, ſi illam priorē utilitatem iudicauit, & hic uides, ꝙ non tantum ſeptum trāſuerſum habet chordam in medio, ſed & iſti, & alii muſculi, ut dicam fuſius quando ſcribā librū de muſculis omnibus, etenim ſi hic omnes corporis partes proſecutus eſſem tum cōfuſio incipiētibus eſſet, tum etiam tedioſus ſermo noſter eſſet nimia prolixitate, & ordinis ꝓpoſiti cōfuſio. quare reuertar ad deſcribēdū reliquas partes uenaꝝ quidem, & arteriaꝝ apopleticaꝝ. Iſtæ uenæ quidē, & arteriæ, quæ occultæ dicūtur, ſunt lōge ampliores uenis quidem, & arteriis manifeſtis, & hoc qm̄ uenæ ducunt ſanguinē ad nutriendum molem cerebri, & arteriæ ſpiritus uitales, cum ſuperfluunt uiuificando ipſum. qui etiam ſpiritus a uirtute, & complexione cerebri alteratus, dicitur a medicis ſpiritus animalis, & facit ad animales operationes. Sed ut melius has uenas, & arterias occultas uidere poſſis, oportet eleuare furculam ſuperiorem pectoris, tam ab uno, quā ab alio latere diligēter, ne aliqua uenaꝝ manifeſtaꝝ rūpatur, qm̄ uenæ quidem manifeſtæ, & arteriæ aſcendunt ſupra furculam, & muſculos, ut dixi. quibus uenis & arteriis uiſis potes, ſi libet, alios muſculos colli inſpicere, qui mouent a dextris, & a ſiniſtris, inclinando, ſiue trahendo, & in ceruice etiā illos qui retro trahunt, & circumuoluunt, etenim de anterioribus, qui in parte gulæ ſunt, dictum eſt, ſuper quos trāſeunt uenæ, & arteriæ dicte. Et ne te nomen colli decipiat, hic collum dixi totam ſubſtantiam ab humeris uſqꝫ ad caput, ſub baſilari oſſe, cuius poſterior pars ceruix dicitur a latinis, & anterior gula, in qua etiam anteriori parte gulæ uidebis quaſdā ſubſtantias glandoſas, quandoqꝫ, quæ non ſunt naturales, & ia-

cent ſupra muſculos longitudinales. quare iſte non in omni-
bus inueniuntur, ſed carnes glandoſæ naturales, quas glãdu-
las, ſiue amigdalas uocant inueniuntur ſub muſculis longi
tudinalibus dictis uerſus linguam, quæ glandulę ſunt uiden-
dæ itrinſece potius, quã extrinſece prope meri, ſiue gulam, ſu
per quas aſcendunt uenæ, & arteriæ occulte, & ſunt interme
die ad arterias, & uenas manifeſtas, & occultas, quæ amigda
læ, ſiue glandulæ ſuſcipiunt humiditatem a cerebro ad hume
ctandum membra uicina tempore indigentiæ, utputa tem-
pore ſitis, quæ glandulæ ſunt due, una a dextris, altera a ſini-
ſtris prope meri, neq; refert ſi meri, aut iſofagum aut aliter
appelles partem per quam cibus ad ſtomachum ſeu uẽtricu-
lum deſcendit, dummodo ex tali appellatione membrum co
gnoſcas. Sed quãte ſint grammatiſtaꝝ difficultates nõ igno
ro, qui ſummã reꝝ cognitionẽ in nominibus poſuerũt, ne-
ſciẽtes, ꝙ uera cognitio eſt ex cognitione partium tam ma
terialiũ, quã formaliũ, uſq; ad elementa. ut docte docuit Ari
ſtoteles, quem imitatus ſemper eſt Galenus quo ad potuit re
darguendo ſemper illos qui de nominibus diſputant. quare
dimiſſis grammaticalibus, eleua furculam dictam ſeruatis
partibus dictis, & uide reliquam partem tracheæ arteriæ,
quæ cum ſit alligata ori, & lingue. incipe excarnare mandi-
bulam inferiorem, imprimis amouẽdo cutẽ, & panniculum
carnoſum, quem excoriabis a muſculis, & chordis uenienti-
bus ad ipſam mãdibulam. notabiſq;, quod pili barbę in ho-
minibus uſq; ad muſculum membraneum procedunt cũ ſuis
radicibus, uel, ut rectius dicam, ibi incipit materia piloꝝ re-
cipere formam pili apparẽter. Et, qm̃, ut ſæpius dixi impoſ-
ſibile eſt in uno corpore omnia membra inſpicere, ſatis erit

hic,ſi diligenter procedendo excoriabis muſculos aperiẽtes maxillam inferiorem,qui ortum habent in occipite ab oſſe capitis poſt aurem,unus a dextris,alter a ſiniſtris,quod os ſagitale ſiue aculare uocant, eo qm̃ hoc os eſt acutum, iſti muſculi uenientes ad maxillam habent partẽ chordoſam, quæ chorda unitur mandibulę,per quam chordam mouet ipſam & aperit os,ſed qm̃ maxilla oſſea grauat,& tendit deorſum, natura prudens dedit huic chordæ in fine iterum carnoſam partem,ut contrahendo ipſam chordã oppoſito modo ſuſtẽtet mandibulam,ne ultra modum os aperiatur.uides etiã hic muſculos aperientes os habere chordam in medio,& carnoſam partem in extremis,quæ caro ab uno latere procedit ab oſſe acuto poſt aurem, & ab alio ab extremo maxille ſiue mandibulæ inferioris,igitur procede excoriãdo iſtos muſculos diligẽter uſq; ad locũ,ubi unitur cũ mãdibula, & uide duos muſculos tẽporales eleuãtes mandibulã inferiorem & ipſam claudẽtes,& in interiori parte mandibulę excoriabis etiã muſculos maſticatorios,& etiã illos qui intra maxillam ex palato ad maxillã procedũt,ut melius mẽbra,quę ſub iſtis ſunt,uel ab ipſis tecta per ſectionẽ inſpicere poſſis.ſed ante quã inferiorẽ maxillã amoueas,uide eius iuncturã a natura miro artificio conſtructã, quæ maxilla alligatur ſupioribus maxillis fortiſſimis ligamẽtis. Vide etiã tã inferiorẽ,quã ſuperiorẽ maxillã,quæ ſunt cooperte quadam carne ſimplici, quæ dicitur gingiua.Dico ſimplici,qm̃ nõ eſt muſculoſa ad mouẽdũ,ſed eſt coopertoriũ oſſis,& eſt pauci ſenſus,qm̃ quidam nerui tenuiſſimi ĩmiſcẽtur dictę carni,quæ gingiue pro parte etiã dentes in inferiori parte cooperiũt.Notabis etiã tã in maxilla inferiori,quã in ſuperiori ſubſtantiã numeꝶ &

differentiã dẽtiũ,quæ ſubſtãtia eſt dura,alba , aliqualiter ſen
tiẽs oſſi ſimilis.Suus numerus pfectus eſt trigintaduo, uide-
licet ſexdecim in maxilla inferiori,& totidẽ in maxilla ſupe
riori.ſcies tamen,ꝙ ut plurimũ dentes in iuuenibus ſunt ui
gintiocto,q̃m quatuor ultimi naſcũtur pro maiori parte in
ætate prouecta,uidelicet quibuſdã in iuuentute,quibuſdam
in cõſiſtentia,& quibuſdã etiã in ſenectute.& ego uidi decre
pitũ,cui nati ſunt duo dẽtes poſt ætatẽ ſeptuaginta annoꝝ.
Sed q̃m diuerſa ſunt nomina dentiũ , neq; de eoꝝ nomini-
bus,ſapiẽtes tã antiqui , quã neoterici fuere cõcordes,ideo
pro nũc duas tantũ dentiũ differentias notabo , quaꝝ una
erit anterioꝝ, qui ſunt duodecim,uidelicet ſex in maxilla in
feriori,& ſex in ſuperiori,qui duodecim dentes faciunt tam
ad inciſionẽ reꝝ comeſtibiliũ,quã ad diſcretionẽ ipſaꝝ. Re
liquos uero dentes tã in dextera,quã in ſiniſtra parte,& tam
in inferiori quam in ſuperiori mandibula,ſiue molares ſiue
maxillares dixeris,nõ refert.ſuus numerus eſt incertus,ut di
xi,q̃m quatuor ultimi naſcuntur in ætate prouecta . Nota
etiam,ꝙ dentes differunt in radicibus,q̃m quibuſdã ſunt ra
dices plurimæ,& binæ,& ternæ,& quaternas etiam uidi, &
hoc in molaribus,ſed dẽtes anteriores unam tantum habẽt
radicem,& quandoq; duas ,ſed unitas, & fere ſe cõtangẽtes.
Et ratio quare molaribus , datæ fuerunt plures radices eſt,
q̃m maior labor , & magis continuus eſt mandere,quam in
cidere,& ideo anteriores nõ habuerunt tot radices, quæ om
nes dẽtium radices ſunt infixæ in foraminibus maxillaꝝ di-
ctaꝝ,in quoꝝ extremitate foraminum eſt quedam ſubſtan-
tia alba,procedens a neruo tranſeunte per cauitatẽ oſſis ma
xille,& iſta ſubſtantia neruea admiſcetur dẽtium ſubſtãtiæ,

& non ſolum ligat uerum, etiam dat ſenſum dentibus. ꝙ uero dentes ſentiant, teſtis eſt ſenſus, & experientia. Nunquid uero ſua ſubſtantia ſit oſſea aut alia ſubſtantia, quæ differat ab oſſe. Ego ductus hac ratione, uidelicet ꝙ oſſa ſint ſubſtentaculum, & fundamentum totius corporis, circa quæ oſſa caro & relique partes fundātur tam & ſi in aliquo membro ſit ueluti paries, ut dicebat Galenus. xvi. de uſu partiū, ultra primariam utilitatem, & dentes non ſint huiuſmodi, ſed ſint potius membra deſeruientia ſtomacho, & uoci etiā, ideo non oſſa eſſe dicere poſſum dentes, ſed ſubſtātiam aliā oſſi ſimilem ſentientem ex admixtione partium neruoꝝ trāſeuntium per maxillam, & ideo dentes communicant cū cerebro, & cum perforatur dens facta alteratione ab humiditate ingrediente, & ab aere extrinſeco, ſequitur dolor acutiſſimus, ſed teſtor deū me uidiſſe hominē qui habebat ulcus in crure cū detectione oſſis, in quo oſſe erat ſenſus doloroſus, neq; permittebat eū tangere īſtrumēto aſpero ꝑpter dolorē, & erat denudatū a pāniculo, imo ꝑforaui os, & itus erat ſenſus iſte doloroſus, qđ dixiſſe uolui, ut uideāt anatomiſte, nūqd aliqua ſeminatio neruoꝝ penetret ad ſubſtātiā oſſis.

De anatomia tracheę arterię in parte ſuperiori uſq; ad linguam, deq; meri ſiue iſofagi anatomia, qui ad uentriculum terminat. Cap. XXXI.

IN ſectione pulmonis, uidiſti tracheā arteriā bipartitā īgredientē ipſam ſubſtātiā pulmonis, tā a dextris, quā a ſiniſtris, & ꝑ omnes partes pulmonis diſſeminatā, quę arteria eſtꝗſi pulmonis ſuſpēſoriū, & eſt caua coopta tenuiſſimo pāniculo extra, & itus etiā uelaẗ pāniculo, qui & craſſior & durior eſt, ut poſſit reſiſtere catarrhis &

aliis opationibus canne,qua cauitate aerẽ exteriorẽ recipit ad cordis refrigerationẽ. Vide igitur ipſam uſq; ad linguæ ſubſtãtiã,qm̃ cõſtat ex pluribus partibus,uidelicet ex charti laginoſa,& mẽbranea, quæ in ſuperiori parte durior eſt,ubi eſt caput dictę cannæ,ſiue arteriæ aſperę qđ caput, brunchi caput uocant. igitur iſta arteria aſpera cõponitur ex dicta chartilagine,quæ chartilago plures ãnulos facit, & nõ cõple tos,ubi iſta tangit meri,ſed in iſta parte ſua ſubſtãtia eſt mẽ branea,& fuit ne ſubſtantia dura lederet meri, & iſti annuli chartilaginei nõ cõpleti,cõtinuãtur per mẽbranã aſcẽden- do uſq; ad caput brunchi,nam hęc pars caput dicta eſt tota chartilaginea,cooperta mẽbrana,& compoſita ex quatuor partibus,enumerãdo muſculos ipſum caput cooperiẽtes,& ligamẽta.Etenim prima pars eſt ſubſtãtia chartilaginea,ſe- cũda eſt pãniculus cooperiens ipſam,tertia ſunt ligamenta, quarta ſunt muſculi ipſum mouẽtes,qui ſunt & intus,& ex- tra,de quibus,ſi deus uoluerit, dicã in muſculoꝝ anatomia. Sed inſpice ſubſtãtiã chartilagineã cõponẽtẽ caput brũchi, quæ ex tribus chartilaginibus diſtinctis,& alligatis conſtat, ut ſm neceſſitatẽ hęc pars poſſit dilatari, & cõſtringi ceden tibus partibus,prima quaꝝ partiũ anterior eſt,& uocat̃ ſcu talis,qm̃ habet figurã ſcuti,& eſt maior aliis partibus, neq; cõtinuatur cũ ſua ſubſtantia ad meri circulariter.Secũda ue ro pars cõponẽs caput brunchi eſt pars etiã chartilaginea, quæ eſt uerſus meri,ſiue iſofagũ,& incipit cũ uno pfecto cir culo in parte ſuperiori arteriæ,deinde aſcẽdendo nõ ſeruat totũ circulũ,ſed unitur cũ parte ſcutali quibuſdã ualidis liga mẽtis uſq; ad ultimũ uerſus meri, quã partẽ dicũt nõ habere nomẽ,quo uocetur,ſed uocemus nos ipſam ſecũdam,ab or- dine,

dine,& ſic ex iſtis habes cõpoſitionẽ rotũditatis & uacuita-
tis meatus. Tertiã uero chartilaginẽ cõponentẽ,cimbalarẽ
uocant,ſiue laringã,& eſt minor omnibus, & eſt bipartita,
iacetq; in ſuperiori parte,ubi continuat̃ meri cũ ipſo capite
brunchi, quæ cimbalaris eſt alligata ligamentis ualidis,quæ
dũ eſt in proprio ſuo loco aperit,uel locũ apertũ in ea parte
uidebis.cum uero mouetur intus ad ſimilitudinẽ portæ bi-
partitæ mouentur,claudendo arteriã,ſiue cannã pulmonis
tẽpore uomitus,ne aliquid ingrediatur ad pulmonẽ, nã ſi-
cut lingula cooperit,ne deglutiẽdo aliquid ad pulmonẽ de-
ſcendat,ita & iſtæ partes claudũt tẽpore uomitus.Sunt etiã
qui hanc partẽ laringã appellant,quod non refert,dũmodo
cognoſcas eius ſubſtãtiã,locũ,& operationes.Hæc ſunt par-
tes cõponẽtes caput tracheę arterię, in quo ſunt plures mu-
ſculi,ut dixi,qui ipſum mouẽt.Sed in capite ſuperiori iſtius
arteriæ eſt una ſubſtãtia habẽs formã linguæ paruæ,& ideo
lingulã ipſam uocant,quæ lingula cooperit cannã pulmo-
nis,ne aliquid ciboꝝ ingrediatur,ut dixi,uel aliud nocẽs,ad
pulmonẽ,ſua ſubſtãtia eſt chartilaginea non ſimpliciter,ſed
& mẽbranea,ita ꝙ eſt quædã media ſubſtantia inter charti
laginẽ,& mẽbranã,ſiue quoddã ex ipſis cõpoſitũ,ut ſit obe
diens flexioni in cooperiẽdo caput arteriæ aſperæ, ſiue ca-
put brunchi,& eſt continua non ſolũ cũ ipſo capite cannæ,
ueꝝ & cũ ipſa lingua, & mouetur etiã ad motũ linguę,& me-
ri.De nomine cuius partis,ſiue mẽbri nõ deſunt difficulta-
tes tẽpore noſtro,quidã enim uocant ipſam lingulã, epiglo
tidã,quod idẽ eſt quod ante glotidã,etenim eſt ante tanquã
coopertoriũ glotidis. Alii uero crediderũt ipſam glotidam
eſſe lingulã,quod nõ cõreſpõdent cõpoſitioni ſuperiori, nã

αὐλὶς, potius fiſtulam, ſeu tibię partem greci appellant, quã coopertorium tibiæ, potes & aliã deriuationem lingule aſſi gnare, uidelicet ꝙ fiat cõpoſitio ab ἀπὸ qđ eſt ante, & γλῶττα, quod eſt lingua, ita ut ante linguam importet, uidelicet in extrema parte interius poſita, ut eſt ſenſata ueritas, potes ad placidum utramlibet ex duabus ſignificationibus accipe re, qm̃ tam apud grecos, quã apud latinos ſepe iſtæ duæ litte ræ in pronunciatione confundũtur, & una ponitur loco al terius, ut hic γλῶττα, pro γλῶσσα, & ne te in nomnibus ĩmorer, hæc dicta ſatis eſſe uolo, cũ ex uiſis cãnã deferẽtem aerẽ pul moni cum ſuis partibus notã feciſſe puto ſed antequam ad eleuationem ipſius uenias. Notabis ramos neruoꝝ reuerſi uoꝝ, qui ad ipſam ueniũt, & ſunt notabiles, dimitte tracheã ſiue cannam ſic, & amoue quaſdam partes pulmonis in qui bus uidiſti ꝓceſſum uenaꝝ, & arteriaꝝ, ut cõmodius uideas meri, ſiue iſoſagum, qui eſt uia ducens cibum ad uentriculũ ſiue ſtomachũ, & conſtat ex duabus tunicis, ſicut dicebamus de anatomia ſtomachi, quæ habent omnia genera ſtaminũ, quoꝝ longa ſunt in interiori tunica, ad attrahẽdum, a parte ĩntrinſeca, ſed a parte extrinſeca eiuſdẽ tunicæ ſunt trãſuer ſalia ſtamina, & pauciora, quæ ĩtrinſeca tunica eſt ſimilis tu nice interiori ſtomachi cum ſit pars ipſius eius color ad albe dinem tendit. ſed extrinſeca tunica habet ſtamina lata, & eſt coloris tendentis ad carnis colorem, & ideo carnoſa dicitur, non quia ſit uere carnea, cum ſit ſubſtãtia diſtincta a carne ſed ſimilatur illi. Neq; mirẽtur ſpectatores ſi natura iſtos uil los omnes dederit mẽbro huic qđ tãtum uidetur attractio ni deſeruire, cũ & ꝑ alia ſtamina, ſiue uillos, uidelicet trãſuer ſales, qui pauci ſunt, & latos, natura nõ ſolum circa meliorẽ

& commodatiorem attractionem operetur, retinendo per trãuerſales in uomitu, & deglutione, uerum & in expellẽdo per latos, & etiam deglutiendo liquidum, & ſubtile, uniendo partes, prohibetq; ſi natura quandoq; irritata, mouet deſu-per per uomitum conſtringendo meri per iſtos laterales uil-los, uel dũ quis aliquomodo curuatus, exercet ſe aliquo exer citio, ut ſunt corarii, & mulieres lauantes, & alii quãplurimi, qui ĩclinati fere uſq; ad terram exercentur. uide igitur iſtam partem incipiendo ab ore ſtomachi, quod eſt circundatum a diaphragmate, & procedentem uſq; ad os etenim tunica intrinſeca continuatur procedendo per os uſq; ad labia, & unitur palato unitate fere inſeparabili, cum ſuis uillis longi tudinalibus, ſed per tunicam extrinſecam continuatur capi ti brunchi continuatione etiã fere ĩſeparabili. uide etiã qm̃ nõ ſolũ caput brũchi p iſtã tunicã cõtinuatᷣ meri, ſed & p in trinſecã, ut clare uidetᷣ, ſi cimbalarẽ, ſiue laringã chartilagi-nẽ ĩſpexeris. quæ continuatio circũ circa tum uerſus ipſam aſperam arteriã, tum etiã uerſus os ubi, eſt pars illa quã farin gam appellant. In cuius faringe cognitione moderni labo-rant, modo unum modo alium reprehendentes ex antiquis qui nõ omnia membra ſuis propriis nominibus appellarũt non animaduertentes quod, & diuerſa idiomata tractu tem poris immutãt nomina. Sed ipſis ſatis eſſe deberet, per illa nomina, qualiacunq; ſint, cognoſcere particulas corporis, loca, ſubſtãtiã, & operationes, neq; uolo reprehẽdi ab homi-nibus odioſis, ſi aliquando nomen aliquod finxerim, ad cla-riorem doctrinam, cum hoc feciſſe fatear ex Galeni præce-ptis. perge igitur uidendo ſubſtantiã meri, & eius proceſſum qm̃ uidebis duas ſeminationes neruoꝝ reuerſiuoꝝ in uno quoq; latere, qui deſcendẽdo reuertuntur in quãpluribus lo-

cis,aſcendendo,& ad os ſtomachi,ubi terminant in illa du-
plicatione ſunt molles ualde,& ex hoc ſumes argumentũ cõ
tra dicẽtes quod quia prope cerebrum nerui ſunt molliores
ideo ab ipſo oriuntur,cum etiam hic ſint molles iſti nerui,&
deſcẽdunt,a ſexto pari ſecundum cõmunẽ enumerationem,
ut dicã in ſua anatomia & propter hos neruos os ſtomachi
eſt ſenſibile ualde, una cum iſofago, propter multitudinem
neruoꝶ diſſeminatoꝶ in ipſo. Potes etiam inſpicere propin
quitatem uenæ chilis & arteriæ aorti cũ ipſo meri trãſeũtiũ
per ſpinam dorſi uſq; ad diaphragma,prope decimã tertiam
ſpondilem,ubi terminat iſofagus, ſiue meri ad os ſtomachi.
Notabis etiã in parte ſuperiori,ubi meri contangit tracheã
arteriã quod ipſa arteria in illa parte non eſt chartilaginoſa,
ſed membranea. & uide etiam quomodo meri apodiatur in
parte ſuperiori ſuper carnem glandoſam morum dictam.
& iſtis uiſis potes leuiter partem ſuperiorem meri excoriare
nouacula uſq; ad caput brunchi,non tamen ex toto abſcin-
dere,niſi prius anatomiam linguæ inſpicias.

❡ De ſectione linguæ. Cap. XXXII.

NOn parue de lingnæ ſectionæ ſunt difficultates, tã in numero partium,& ſubſtantiæ ipſaꝶ quã in eaꝶ operationibus,quæ omnes difficultates ceſſaſſent ſi quandoq; ſcribentes moniti a Galeno minus anatomicis libris credidiſſent, & ꝓpriis manibus hominũ corpora tra-ctauiſſent ac ſenſata,uiſaq; ſcripſiſſent. quare non deſiſtam diſputantes rogare, ut in rebus ſenſatis, ſe totas ſenſibus cõ mittere uelint dimiſſis ſophiſticis rationibus ,ut facere con ſueuerunt antiquiſſimi ſapientes,qui nõ dedignabant̃ diuer ſa corpora animantium,ad ueritatis inquiſitionem ſeccare.

Igitur cum de lingua ſit diſcutiēdum,& de eius partibus, primum te admonere uolo, ꝙ lingua eſt quedam ſubſtantia carnea mollis, ſed cũ non detur caro ſine muſculo, niſi glandoſa quæ eſt ſicuti culcitra quorundam membroꝶ aut indumentũ ut ſunt gengiue,& ideo rectius dicit̃ caro muſculoſa, non diſtinguibilis, ſicuti etiam ſunt labioꝶ muſculi, qui p ſectionem minime diſtingui poſſunt. Sed apparent motus eoꝶ & ſubſtantia, in qua confuſio uilloꝶ eſt manifeſta, a qbus fiũt motus quam plurimi labiorum. ſic enim uidere eſt & in linguæ ſubſtantia, & eſt pars ſuperior dimiſſis muſculis aliis manifeſtis, iſta pars ſuperior habet uillos diuerſos nō: par uos quos per diuerſos inceſſus cognoſcere potes,& ſunt profundi, a quibus dico prouenire diuerſi linguæ motus, qm̃ ultra motus īferius, ſuperius, laterales, cõtractionis, & extēſionis extra, ab apparentibus muſculis, habet & alios motus, qui motus non ſunt ab iſtis manifeſtis muſculis.& cum ſint motus uoluntarii, reliquitur, ꝙ ſint a muſculo, uel a muſculis qui ſunt confuſi in linguæ ſubſtantia, nõ ſeparabiles, & hoc potes uidere in ſubſtantia linguæ, quæ habet uillos confuſos ſatis ſimiles uillis labioꝶ, per quos certificaberis in iſta parte linguæ eſſe muſculos ita inter ſe cõfuſos, ut minime ſeparari, aut partes eoꝶ diſtĩcte uideri poſſint, ſed ut dicebat Galenus, per operationes cognoſcuntur, cũ motus uoluntarii non fiat niſi a muſculis, quæ linguæ ſubſtãtia ultra alios motus habet motum, per quem cum eſt plana, uoluntarie rotũda fit,& etiam dillatatur uoluntarie ad maiorem amplitudinem, non ſolum im parte cõreſpõdente muſculis ſed in eius extremitate, contrahatur etiam lingua in ſui ipſius ſubſtantia, ſunt & alii parui motus qui non a manifeſtis illis muſcu

li, qui muſculi per anatomiam cognoſcuntur proueninnt, ut apertiſſimũ eſt ſenſatis hominibus, & cognoſcẽtibus operationes animales, & naturales, ſcientibuſq; differentiã inter operationem, & operationem, quod in ſeipſo unuſquiſq; experiri poteſt. quare dicendum eſt linguam eſſe compoſitũ ex muſculis cõfuſis inter ſe, ſicut labia, ſed habere ſubſtantiã molliorem, & confuſiorem, quam cooperit membrana, quæ eſt cõmunis toti ori & pallato, uſq; ad caput brunchi, & meri, a quo meri, ut dictum eſt procedit, & habet filamenta lõgitudinalia &c. in iſta etiam linguæ ſubſtantia deſeminati ſunt nerui notabiles, & maiores quam in aliquo alio membro corporis inueniatur, habita ratione quantitatis linguæ ad alia membra qui nerui tam motiui, quam ſenſitiui a cerebro ad ipſam linguã ueniunt, etenim motiui ab octauo pari neruoꝶ ueniũt, enumerando primũ par a neruis dantibus ſenſum odoratus naribus, & iſti nerui motiui ſunt profundiores in ipſa lingua, quã ſint dantes ſenſum, qm̃ illi, qui dãt ſenſum, ſeminãtur magis ad ſupficiẽ, & procedũt a quarto pari incipiẽdo enumerare a neruis, qui ueniunt ad nares ut ſupra, quod ſi iſte enumerãdi modus nõ placet, potes enumerare incipiẽdo ab opticis, & motiui erunt a ſeptimo, ſenſitiui a tertio. Sunt etiã uenæ uenientes ad ipſam linguam pro nutrimento, & arteriæ pro uita. & iſtæ uenæ ſunt apparentes ſub lingua, ubi ſunt muſculi mouẽtes linguam exterius, quos muſculos, ego primus cognoui habere iſtã opationẽ, quæ uenæ phlobotomantur ſępiſſime in multis paſſionibus, ut eſt in angina, ſiue ſquinãtia, & capitis dolore, & apoſtematibus, quę uenæ tã minutę, quã magnæ, ueniũt a uenis guidem magne ab occulta, parue a manifeſta. ſimiliter & ar

teriæ ab arteriis cõcomitantibus uenã prodeũt. Habet ꝑte
rea lingua os propriũ,quod uidebis poſt eius eleuationẽ, &
eſt poſitũ prope chartilaginẽ ſcutalẽ capitis brunchi, & alli
gatur ipſi,ad quod os muſculi liguæ,duo laterales terminãt,
& alii cũ ipſo cõtinuãt,qui alio terminãt,ut uidebis excoriã
do,ad os enim linguæ nõ ſolũ linguæ muſculi,ſed & capitis
brũchi muſculi terminãt,de quibus dicã in libello de muſcu-
lis.Figura dicti oſſis eſt ſemicircularis habens aliquã acuita
tẽ,ſiue partẽ angularẽ,& eſt cõpoſitũ ex tribus oſſibus,alli-
gatis ſimul ualidis ligamẽtis,ut poſſint ſubſtẽtare linguã, &
cõmode ad omnes motus eius ipſi deſeruire, dilatationẽ, &
cõſtrictionẽ ſm indigentiã ſuſcipientes. Vide etiã ſub lin-
gua,ubi ſunt muſculi,tã a dextris,quã a ſiniſtris carnes glan
doſas,& ibi prope ipſas ſunt quędã loca laxa,quæ loca una
cũ dictis carnibus glãdoſis retinent,ſiue(ut aiunt)generãt,
humiditatẽ ſaliualem,ſed uerius dixeris ꝙ retinent, iſta loca
appellãtur fontes ſaliue. Sed nota ꝙ iſtæ carnes glandoſæ
ſunt diſtinctæ,ab illis quæ ſunt in radice linguæ,ubi apodi-
antur uenæ,& arteriæ aſcẽdẽtes,iſtis notatis. Incipe exco-
riare muſculos manifeſtos mouẽtes linguã,qui ſunt nouem,
ut uidebis,neq; accuſari uolo,ſi dixero nõ dicta ab aliis ana
tomiſtis,cũ ſenſus ipſe me ſemp defendat & patrocinatur.
Et primo uide in inferiori parte imprimis excoriãdo cutem
ſub mento uerſus gulã,uſq; ad mandibulã inferiorẽ,& appa
rebũt duo muſculi,qui,ſi recte inſpexeris,ſunt in medio ſub
ſtantię linguę ſm lõgitudinẽ,inter duo extrema,accipiendo
pro uno extremo partẽ anteriorẽ uerſus dentes, & pro alio
extremo partem intrinſecam,ubi terminat linguam ad iſo-
fagum, & iſti duo muſculi alligantur mandibulæ inferiori a

parte ante intrinſeca,& ad latus, & procedũt uerſus tracheã
& iſofagum ubi apparet pars chordoſa dictoꝝ muſculorum
qui terminant ad os baſilare poſt aures,ad illam partem quã
ſagitalia oſſa uocãt,ſed iſta pars chordoſa eſt unita cum qua
dam parte carnoſa terminante in dicto oſſe ſagitali,quæ ca
ro habet formam muſculi rotũdã,quos muſculos ita natura
caute formauit, qm̃ cũ muſculus trahens linguam intus ſit
unus,& ſolus,& motus extẽſionis,& cõtractiõis ſit neceſſa-
rius,ideo ne ſolus muſculus pigriter ĩtus linguã traheret de-
dit illas partes retrahẽtes linguã poſt extra miſſionẽ ipſius,
& ideo nõ ſine labore diu linguã extra tenemus, qm̃ illa ca-
ro cõtra operatur retrahẽdo ad ſe chordã,& eſt,ut dixi,affi-
ſa oſſibus ſagitalibus,& iſta retractio fit,ut dictũ eſt, primo
a muſculo ſolo coadiuuãtibus dictis,una cũ trãſuerſalibus &
lateralibus, qui in regeſſu cõtrahũtur in ſe,ſic etiã operan
tur cõfuſi qui ſunt in ſubſtãtia admixti cõtrahẽtes in ſe lin-
guã,ut eſt uidere in cõtractione labioꝝ.Ex dictis habes quo
modo lingua mouetur extra,uidelicet a duobus muſculis ui
ſis,qui cũ cõtrahũt carnoſam partẽ in ſe,uerſus mentum,&
anteriores dentes,trahunt neceſſario linguã extra, iuuanti
bus aliis,dũ relaxantur in extra miſſione. Quare ceſſant q̃-
ſtiones omnes de motu linguæ extra,ab eminẽtiſſimis ſapi
entibus,inuẽto a me officio dictoꝝ muſculoꝝ,quibus uiſis,
& diligẽter examinatis,procede excoriando duos muſculos
qui ſunt a lateribus linguæ, unus a dextris, alter a ſiniſtris,
qui uniũtur in medio.Officiũ quoꝝ eſt mouere linguã hinc
inde,qm̃ habent carnoſam partẽ unitã in medio linguæ, &
alia pars tendit ad mandibulã inferiorẽ ante.poſt iſtos iue-
nies unũ muſculũ ſolitariũ dictũ,qm̃ eſt ſolus ſine ſocio neq;

eſt ut

eſt ut reliqui, qui fuerũt bini & iſte muſculus trahit linguam interius, eo modo quo dictũ eſt, uidelicet adiuuantibus illis qui ad oſſa ſagitalia ſunt, per partem illam carnoſam. muſculus ſolitarius habet partem quandam nerueam, per quã unitur anteriori parti mandibulæ inferioris, quã partem ſi cordam nominare nolueris, ne contradicas Galeno, non refert, attamen ipſe Galenus neruoſas ſubſtantias in muſculis cordas appellabat, loco ſupra allegato, iſte muſculus unitur linguæ & procedit uſq; ad os linguæ, & ipſi adheret. Sunt & alii duo muſculi in medio linguæ, ita cõiuncti, ut uideantur fere uniti, attamen ſunt ſeparabiles, & procedũt ſecũdũ lõgitudinem linguæ uſq; ad partes capitis cãne pulmonis, ubi eſt caput brunchi qd' idem eſt ꝙ caput canne pulmonis, iſti muſculi trahunt linguam circũuoluendo tã a dextris quã a ſiniſtris. ſunt poſtea duo alii ſuperiores uerſus radices linguæ mouentes trãſuerſaliter, qui terminãt ad latera oſſis linguæ. Nota ꝙ duo muſculi procedentes, ſecundum longitudinem qui ſe cõtãgunt, ac ſi eſſent uniti in medio ubi uides quoddã ſignum diuiſionis, non poſſunt ſeparari ſine aliqua laceratione partium, cũ ſint fortiſſime uniti. ſed ſua diuiſio eſt magis apparens, ubi ſunt duo muſculi profundãtes ſe in ſubſtãtiã linguæ, & terminantes ad radicem linguæ ad extremum oſſis ipſius, & iſti mouent linguam etiam inferius contrahẽdo ſe. Sed qm̃ dicta lectoribus non ſine ambiguitate erunt cũ nõ ſint cõformia antiquoꝝ ſcriptis. Rogatos uelim eos ut dimiſſis argumentis, iſtas difficultates cultro incidente diuerſas linguas hominum ſeccantes diſcutiant, dico hominũ linguas, qm̃ ut dicebat Galenus in libello de anatomicis aggreſſionibus, lingua bruti animalis differt a ligua hominis,

ꝙ cõfirmare potes ex operationibus,cum hominibus data ſit lingua,nõ ſolum pro guſtu,& cibo hinc inde ducendo,uerumetiam pro diſtincta, & dearticulata locutione de reliqs uero muſculis,qui ad hanc partẽ ueniunt,nõ ingredientibus cõpoſitionem linguæ nihil dicam ne ſim prolixus,qm̃ potes ipſos ex te uidere,& enumerare.

De anatomia palati,uuule & partium mandibulæ ſuperioris,& labioꝝ. Cap. XXXIII.

L Inguæ partibus per ſectionẽ,& ſuis operationibus uiſis,& intellectis,uide etiam ſuperiorem partẽ oris quam palatum, ſiue oris cęlum uocant, quæ pars eſt intra dentes,ſupra linguã in cuius extremitate eſt particula quædam,quam uueam,& columnellã nominant, & eſt pendens ſupra extremitatem linguæ,ubi eſt epiglotida, ſeu lingula,hæc uero pars ſuperior,quæ palatum dicitur,eſt figuræ rotundæ,ſiue cõuexe acſi eſſet clibani pars ſuperior,quæ cõſtat ex carne confuſa cooperiente oſſa conſtituentia palatum,quæ oſſa cõtinuãtur cum mãdibula ſupiori, & cooperiuntur dicta carne quæ confuſa eſt,in qua uilli neruoꝝ ſeminantur,dantes huic etiam parti aliquid ſenſus guſtus, ſicuti linguæ ut unuſquiſq; poteſt in ſeipſo experiri ponẽdo rem ſalitam,aut amaram ibi,quæ caro cõfuſa cooperitur pãniculo dicto,qui eſt pars iſophaghi. Notabis tamen, qđ pars colũnellæ,ſiue uueæ eſt magis carnoſa,quam pars palati, & minus confuſa eſt ſua caro,& mollior,& rarior, & ideo intumeſcit recepta humiditate a cerebro. Palatũ, & uuula iuuãt ad loquelam,Sed palatum non ſolum ad loquelam, ſed etiã ad alia,ut eſt cõtemperare aerem ad cordis refrigerationem & præparare cibaria,quoniã cibi alterãtur alteratione no-

tabili in ore, iuuat etiam aliqualiter trahẽdo ſuis uillis, tam cibũ, quã potum, tametſi minima ſit attractio, ſed uuula data eſt ſolis hoĩbus, ut uoces ꝑ ipſam melius dearticularent̃, & ne aer ingrediatur ſine intermedio, anteꝗ̃ ad itrinſecas partes ueniat. potes eleuare dictas partes carneas, & uidere uenas ad ipſas & arterias uenientes, in qua eleuatione uidebis ſubſtantiam gingiuaꝝ tam intus quam extra, quibus eleuatis, apparebũt oſſa palati, & mandibulę ſuperioris, ubi ſunt dentes infixi in ſuis cauitatibus, ſicut oſtendi, ubi de dentiũ differentia dixi, quæ palati oſſa ſunt diſtincta ab oſſe baſilari, & ideo ante ſectionem uẽtris ſuperioris uidebis ipſa. Sed antequam ultra eleuando partes procedas, uide labia oris quæ ex carne muſculoſa componuntur, ſiue ex muſculis ita inter ſe cõplicatis, ut minime inſtrumentis ſeparari poſſint. Veruntamen muſculi uenientes ad labia & non componẽtes, ut ſunt illi, qui ſunt cõmunes cum pomis faciei, & illi qui ueniunt a mandibula inferiori, poſſunt pro parte ſeparari, quod facere erit utile ſi labioꝝ motus aliquos ſcire deſideras. Attamẽ non uidebis perfectam dictoꝝ muſculoꝝ terminationem, qm̃ cõfunduntur in labiis, quæ labia cooperiuntur extra cuti nota. ſed intra cooperiuntur panniculo cõmuni linguæ, & ori, qui eſt pars iſophagi &c. Motus labioꝝ omnibus uoluntarius eſſe patet, non tamen muſculi eoꝝ confuſi ſunt ſeparabiles, a quibus cauſatur motus quidam, ut dicebam in ſectione linguæ. ſuas etiam operationes, cũ ſint notiſſimæ, ut eſt ipſos adiuuare loqui & claudere os, & reliquas ſuperfluum eſſet dicere. quare uide etiam mentum, ne pars aliqua nota dimittatur, hæc pars eſt extremum, quod eſt quandoq; habens depreſſionem quandã, quæ aliquando

pulcritudinem faciei cũ aliis partibus preſefert, & iſta pars procedit tam a dextris, quã a ſiniſtris, quas genas appellãt, & etiam barbam, & hoc, qm̃ in uiris in iſtis partibus naſcũtur pili facientes homines barbatos. Sed anteq̃ ad ſuperioré uẽtré accedas reuertere ad uidendas ptes, q̃ neceſſario dimiſſe fuerunt in ſuo loco, ut melius & uenę, & arteriæ, & nerui, & aliæ partes, quæ ad ipſas, & cum ipſis ſunt, per anatomiam cognoſci poſſint.

¶ De anatomia quarundã partium uænæ chilis, & arteriæ aorti aſcendentis. Cap. XXXIIII.

C Vm de anatomia epatis ſuperius ſcriberem, dicebam quod in amotione ſubſtantiæ epatis oportebat dimittere portionem epatis in parte gibba ipſius, ubi ꝓcedit uena chilis, quæ partitur prima ſui diuiſione ad duas partes, una quaꝝ deſcendit ꝑ ſpinã dorſi ad anchas de qua dictũ fuit ſupra. Altera uero perforãdo diaphragma ad uentriculum dexterum cordis aſcendebat, & iſta pars dicitur uena chilis aſcẽdens. Igitur reuertere ad illã epatis portionem, quam dimiſiſti, & uidebis iſtam uenã, ut ſupra procedentem ab epate, quę bipartitur ad duas partes, quaꝝ una perforando diaphragma aſcẽdit, & cũ eſt ad ipſum diaphragma, mittit duos ramos manifeſtos ad nutriendum ipſum, & alios paruos ad ultima ſpondilia coſtaꝝ mendoſaꝝ, & poſtquam miſit iſtos ramos per ſpinam procedẽdo ĩgreditur cauitatem pectoris, & aſcendẽdo mittit plures ramos ad ſpõdilia ſiue uertebras pectoris, & ad mediaſtinum, & alia loca, & ſic procedit aſcendendo uſq; ad auriculam dexteram cordis, & iſta uena eſt magna, ſed ingrediendo cor mittit unum ramũ notabilem ad exteriorem ſubſtantiam cordis, qui ramus

ramificatur ad diuerſos ramos per totam exteriorem ſubſtātiam cordis, ad nutriēdum ipſum. Ramus uero maior, ſcilicet uena chilis maior, poſtquam unitur uentriculo dextero cordis per eius auriculam procedit aſcendēdo ſuper ſpinam & cum eſt ad nonam uertebram mittit duos ramos tranſeūtes inferius per ſpinam unum ad dexteram, alterum ad ſiniſtram partem a quibus procedunt rami alii ad nutriendum nouem & quandoq; decem coſtas inferiores pectoris, tam a dextris, quā a ſiniſtris, tametſi alii dixere octo ſenſata tñ ueritas eſt nutrire ut ſemper uidi, nouem & quādoq; decē, quæ uena nutrit muſculos coſtales, ſiue muſculos ad coſtas ueniētes & alias partes per ramos procedentes ab ipſa tam a dextris, quam a ſiniſtris. Nota ꝙ ramus, qui tranſit ad ſiniſtram partem deſcendendo procedit, ſuperequitando ſpinam, & ſpargit ſuas ramificationes, ſicut in dextera, uſq; ad ultimā partem, poſtquam uena chilis miſit iſtos duos ramos unum a dextris, & alteꝝ a ſiniſtris ſupra cor ad nutriēdū coſtas, aſcēdendo procedit, & apodiatur ſuꝑ carnē glandoſam, quā morū uocant, ut dictū eſt, & procedit cū arteria aorti, quæ a uētriculo ſiniſtro cordis ꝓcedit, & ramificatur uerſus brachia, & in iſto proceſſu mittit duos ramos, unū a dextris & alteꝝ a ſiniſtris ad nutriendū tres coſtas & aliquādo duas reliquas ſuperiores, tā in dextera, quā in ſiniſtra & eoꝝ partes, qui rami ad ſuperiores coſtas ſunt minores, quā illi, qui deſcendūt ad coſtas īferiores. Neq; iſta uerba ſunt cōformia dictis Galeni cōmēto decimo ſecūdi regiminis uictus in morbis acutis, ſed bene ſenſui cōſentanea, ut uidebis, ſi diligētia adhibita inſpexeris iſtaꝝ uenaꝝ proceſſum. Sed anteq̄ ultra excoriando procedas, uide in parte ſiniſtra cordis arteriā aor-

ti ab aure ſiniſtra cordis,quæ cõtinua eſt cũ uentriculo ſini-
ſtro,procedẽtẽ,quæ primo in ſuo proceſſu paꝝ ſupra cor bi
partitur,una quaꝝ partiũ deſcendit inferius,& perforando
diaphragma procedit una cũ uena chili deſcendẽte,ut dictũ
fuit de anatomia uenæ chilis deſcendẽtis per dorſum ad cru
ra & alia loca dicta. Altera pars iſtius arteriæ procedit aſcen
dẽdo, & cõcomitatur in multis locis uenã chilim aſcẽdẽtẽ,
dico hoc,qm̃ nõ ſemꝑ uena habet arteriã ſibi ſociã,tã etſi ut
plurimũ habeat,poſtq̃ igitur uena aſociata cũ arteria aſcen
dẽs miſit ramos ad coſtas ſuperiores,procedẽdo uerſus bra-
chia bipartita,uidelicet a dextris & a ſiniſtris,procedit tam
a dextris,quã a ſiniſtris,& mittit ramos ad nutriẽdũ muſcu
los pectoris exteriores,& tranſeũt iſti rami ſub aſcelis proce
dẽdo ad partes illas ſub aſcelares,& etiã ad ſuperiora,qm̃ ſe-
minatur ad plures ramos,ut uidebis. Sed poſt iſtã ramifica-
tionẽ uenaꝝ aſcelariũ,ſic enim eas uocãt,uena chilis una cũ
arteria procedit ad domeſticã partẽ brachii ,uidelicet uena
ſuperius,& arteria inferius,quæ uena cũ eſt ad iuncturã cu-
biti,ibi utplurimũ apparet magis manifeſta , & aperitur in
quãplurimis ęgritudinibus,ut eſt febris,& apoſtemata ĩtrin
ſecoꝝ mẽbroꝝ,ſcilicet epatis,ſplenis,ſtomachi,pectoris, &
alioꝝ membroꝝ, ut eſt peripleumonia in pulmonæ,& pleu-
ra in panniculo intrinſeco pectoris &c. de qua uenæ aper-
tione,& ſanguinis emiſſione in tali apoſtemate, non deſunt
quamplurimæ difficultates inter noſtris temporis medẽtes,
quæ profecto difficultates ceſſaſſent, primo ſi recte de tẽpo
ribus apoſtematũ diſtinxiſſent , cognouiſſentq; ſenſatã ue-
naꝝ anatomiam, quã uenaꝝ anatomiã,ſi deus mihi auxilia-
bitur,ſcribã in uno particulari tractatu,doceboq; modũ in

ueſtigandi eas non ſcientes,neq; cognoſcētes uenarum proceſ-
ſum,ab epate incipiendo & per uniuerſum corpus procedē-
do,etenim ſi in iſto tractatu omnia de uenę chilis ꝓceſſu ſcri
berem,nimis eſſet prolixus iſte modus introductorius ad ſe
ctionem,nimiſq; eſſem legntibus tedioſus. Sed hic ſatis eſſe
putaui,proceſſum quorūdam uenarum magis apparētiū & ad
ęgritudines quaſdam per eorum apertionē adiuuantiū in uno
cadauere deſcribere. Non tamen poſſum me abſtinere quin
iuuenes rogem,ut in phlebotomia apoſtematū intrinſeco-
rū, tā ſpiritualiū, quā naturaliū membrorum proceſſum iſtius
uenæ chilis intelligant,qm̄ fere omnia dubia ſcribentiū ceſ-
ſabūt.Et in primis ſciēt,ꝙ ex apertione uenæ baſilicæ dicte
fit euacuatio ꝑrima,& immediata a uentriculo dextero cor
dis pro maiori parte,cū ſit trūcus maior, & aptior ob mino
rem inflexionem uel rectitudinē maiorē, qm̄ & ſi ramuſculi
aliqui ſint proprinquiores,cū ſint curui,&tortuoſe procedē
tes,ut ſunt duo rami ad coſtas nutriēdas tā inferiores quam
ſuperiores procedētes,nō egreditur ab ipſis ſanguis ita cito,
& libere,ſicut a trunco magno procedente a uentriculo cor
dis,qui uentriculus ſemper plenus eſt ſanguine,& eſt capaci-
tatis notabilis & in ipſo etiam cum ſit fons caloris, ratione
ſue caliditatis ſanguis ſubtilietur,& ꝑ cōſequens fluxibilior
efficitur,& magis euacuationi ꝓnus,neq; eſt intentio naturæ
ibi eum detinere,ſicuti ſanguinem,qui iam ad partes corpo
ris fluxit ad nutriendū partes ad quas uenæ deriuantur. Et
hac ſenſata ratione ductus dicere ſæpe ſoleo phlebotomiā
baſilcæ uenæ nō epatis,ut quidam putant,eſſe euacuationē
primā ſed cordis,quo corde inanito ſequitur epatis inani-
tio,cū ab epate fluat ſanguis per uenā chilim ad cor, & hinc

eſt ꝙ in febribus peſtilentialibus, in quibus minera humoris putridi & uenenoſi eſt in epate phlebotomati, poſt quartum diem, in quo tẽpore materia putrida iam acquiſiuit uenenoſitatem, ut plurimum moriuntur, nam exinanito uentriculo dextero cordis, epar ſubminiſtrat ſanguinem cordi, qui cũ ſit ex admixtione uenenoſus interficit. Neq; iſta obſtant dictis a me in tractu de febre peſtilẽtiali, ubi dixi cauſam cur phlebotomati poſt quartum diem, ut plurimũ moriũtur, cũ natura iam cepit expellere materiam ad extra, & ex uenæ apertione trahatur eadem materia de circũferentia ad centrũ, & per cõſequẽs ad cor, unde ſequitr mors. quare reuertẽdo dicõ, qđ quando materia uenenoſa reperitur in epate, magis cõueniens eſt phlobotomia ſaphenæ, etenim ĩmediatius euacuat ab epate, neq; tranſit ad aliud membrũ nobilius, quod ſi dicatur, magis debilitare, hoc non eſt præſentis ſpeculationis, ſed breuiter hic dicere poſſumus os loqui de phlebotomia minoratiua ſecundũ tolerantiam uirtutis, & nõ de eradicatiua, ſed cauſã debilitatis tãgã, ubi de cruriũ ſectione ſcribã. hæc itaq; incidẽtaliter dicta ſatis ſint, & ad inſpiciẽdũ ꝓceſſum uenæ baſilicæ, redeamus quẽ ꝓceſſum ut melius uidere poſſis, poteris uenã ipſam aſcelarẽ in pte ſuperiori anteq̃ ad brachiũ deſcẽdat filo ligare, prius tamẽ ſanguinẽ uerſus brachiũ leuiter ducẽdo, qm̃ ramuſculi ſic ſanguine repleti manifeſtiores apparebũt, ſic etiã in ſectiõe arteriaꝝ facere poteris, nã poſtq̃ iſta uena, quæ baſilica dicit̃, trãſit curuaturã brachii in interiori parte, quæ flectit brachiũ, ubi eſt iunctura cubiti, tranſit uerſus iuncturã manus intrinſecã, & in tranſitu mittit quãplurimos ramuſculos ad muſculos brachii ad nutriendũ ipſos, iter quos unus ramus

notabilis

notabilis tranſit p inferius, & anteq̃ ad iuncturã deueniat in parte inferiori aſcendit, & tranſit a domeſtica ad ſilueſtrẽ ptẽ uerſus digitũ anularẽ, & minimũ, & ramificatur in iſta parte ſupiori ad plures ramos, & iſta uena noſtro tẽpore api tur inter anularem, & minimum digitum, parum ſupra ſub nomine uenæ ſaluatelę, quæ ſupplet loco baſilicæ, cum ſit eius ramus, quamuis de hoc plures ſint diſputantium que-ſtiones: iſta tamen eſt ſenſata ueritas, poſſemus & alios ra-mos iſtius uenę in manu aperire, ſi placeret, qui tamẽ non aperiuntur, ſed data occaſione, & indigentia potes amplio-rem ramum ad libitum, & aptiorem aperire. Viſa uena ba-ſilica, & ſuo proceſſu, incipe excoriare uerſus gulã ad locum furculę pectoris, ubi eſt colli principiũ, ubi eſt uena magna, & arteria ſibi ſocia, a qua aliæ ramificãtur, & uidebis ab eo-dẽ trũco uenæ ramificari duos alios ramos aſcẽdẽdo p col-lũ tã a dextris, quã a ſiniſtris, & quilibet iſtoꝝ ramoꝝ in aſcẽ ſu diuiditur in duos ramos, quoꝝ unus eſt maior, & uocatur uena guidẽ occulta, qm̃ occultatur a muſculo longitudinali, & trãſit ad partes ſupiores capitis. alter uero ramus, qui mi-nor eſt, nominatur uena guidẽ manifeſta, & hoc, qm̃ tranſit ſuper muſculũ lõgitudinalẽ, & ibi in collo manifeſtatur, quæ uena manifeſta imediate aſcendendo a furcula diuiditur ad duos ramos, quoꝝ unus circa furculam ad nutriẽdũ illas par tes procedit. Alter uero aſcẽdit ſupra, & unitur cũ aliquibus ramuſculis prędictæ aſcendendo, ſed anteq̃ aſcendat, mittit unũ ramũ notabilem uerſus iũcturã ſpatulæ ad adiutorium brachii deſcẽdẽdo uerſus partem domeſticã ad iũcturam cu biti in parte ſuperiori, & ibi magis apparet, & phlæbotoma tur. quæ uena procedit ſecũdũ longitudinẽ brachii uerſus di

gitũ pollicem,& iſta tota ſecũdũ iſtũ proceſſum uocatur cæ phalica, & phlebotomatur in egritudinibus capitis, in iunctura cubiti intrinſeca, ut dixi, & extiam prope digitũ pollicem, ubi etiã manifeſte, & magis apparet. Nota tamen, q̄d iſta uena deſcẽdendo mittit unũ ramũ, qui unitur cũ eſt ꝑpe iũcturã, uni ramo uenæ baſilicæ parũ ſub iũctura uerſus manũ, & quãdoq; iſte ramus unitur cũ uena baſilica, in qua cõiũctiõe iſta pars uocatur uena cõis. Et phlebotomatur, quãdo cõmunis eſt intentio euacuandi, ſiue diuertendi, uel aliter tã ab inferioribus, quã a ſuperioribus mẽbris. Sed noſtro tẽpore maior pars illoꝝ, qui phlebotomãt, decipitur accipiendo ramũ quendã baſilicæ, nullã habentem cõmunitatẽ cum cephalica, pro uena cõmuni. quare iſtas uenas oportet iſtis phlebotomatoribus demõſtrare, & proceſſum eaꝝ, & cõmunitatem, qm̃ ſunt alii rami, qui ingrediũtur unus in aliũ. Notabis etiã, q; eſt qdã ex ramis uenæ baſilicę, qui a iũctura brachii procedit aſcendẽdo uerſus iũcturã manus ad digitũ pollicẽ, qui approximatur uenæ cephalicæ. quare quidã putauerũt cephalicã nõ procedere directe a collo uſq; ad pollicẽ, iſtæ tamen uenæ, tã cephalica, quã ramus baſilicæ, mittũt ramos euidentes, & multos ramuſculos hincinde per brachiũ, & ad manũ, tã ad uolã, quã ſuperius. Næc te preterirẽ uolo, q; cephalica, cũ eſt ad iũcturã cubiti, mittit ramũ notabilẽ ad partẽ ſilueſtrẽ brachii deſcendẽdo uerſus digitum mediũ, uel inter mediũ, & anularẽ prope uenã ſaluatelã, & in hoc multi etiã errauere, credentes ſaluatelã eſſe ramũ uenæ cephalicę & nõ baſilicæ, ut etiã crediderũt de uena cephalica, ut ſupra dixi, & hoc fuit, qm̃ parũ in ſectionibus corpoꝝ fuerũt exercitati, ſed poſtquam uidiſti uenas uenientes ad brachia, &

ad manus,reuertere ad uidendũ proceſſum alterius rami ue-
næ,q ramus aſcendit poſtq̃ uena miſit ramũ ad brachiũ fa-
cientē cephalicã,& mittit aliũ ramũ, qui aſcendit per collũ
ſuper muſculũ lõgitudinalem uerſus aurē. ſimiliter & arteria
cũ ipſa uena aſcendit. qui uenę & arteriæ rami trãſeũt ſuper
aurē,ſed in tranſitu ramificatur uena ad muſculos mandibu
læ,tam inferioris,quã ſuperioris,& ſub mēto,uſq; ad linguã,
ſed in proceſſu ad aurem mittit ramuſculos ad poma feciei
uerſus oculos,& etiãm ad partem colli poſteriorē uerſus occi
put, aſcendendo tã a parte anteriori,quã poſt aurem & ſpar
gũtur p ſummitatē capitis ad minutiſſimas partes, ſcilicet
pro nutrimento uena,& arteria pro uita,& ſic uidiſti proceſ
ſum alicuius partis uenæ guidē manifeſtæ,quæ fere in omni
bus partibus habet ſotiam arteriam aorti aſcendentē, quæ
quidem arteria manifeſte apparet in collo uiuentis,& etiam
in tēporibus,& ibi pulſat manifeſte. Neq; te latere uolo,ut
in proceſſu uenarũ brachii uidiſti,arteriã nõ ſemper aſſocia-
re uenã,ſed quãdoq; dimittit ipſam,& ſola trãſit. nã in aſſo
ciatione baſilicæ,cũ eſt uerſus curuaturã brachii dimittit ue
nã,& pcedit uerſus cephalicã,aſſociando ipſam per aliquod
ſpatiũ,ſemper tamen ſub uena in mēbris exterioribus arte-
ria procedit,quę cũ ſit dilecta naturæ, ſic cuſtoditur,ſed arte
ria dicta in proceſſu dimittit cephalicã, & ſola procedit per
eãdem domeſticam partē uerſus digitum pollicē prope cor-
das trahentes quatuor digitos in clauſura manus,quæ quidē
arteria manifeſte pulſat uſq; ad iũcturam cubiti,& etiam ſu
pra uſq; ad adiutoriũ, & ſic uidiſti arteriã faciētem pulſum,
quæ poſt curuaturam cubiti ex duobus fit arteriæ ramis in
unũ uenientis,quæ arteria tangitur a medicis, dũ cordis di-

ſpoſitionẽ,& uirtutem uitalem cognoſcere deſiderant, quæ etiam ad alias partes manus ramificatur. quas reliquas ramificationes tam arteriæ, quam uenæ poteris ex te inſpicere, ne eas narrãdo ſim lõgus, qm̃ ego tantũ hic quoſdam maiores ramos,& magis neceſſarios medico, quæ ad brachia & alias partes procedũt, adnotare uolui. ſed qm̃ (ut dictũ fuit) uena guidem duplex eſt, uidelicet manifeſta & occulta,& uidimus quoſdam ramos uenæ manifeſtæ,& etiã arteriæ. Ideo ut ad omnes ptes introducaris, quas medici cognoſcere deſiderãt. uide etiam uenã guidẽ occultam, quæ eſt maior uena guidẽ manifeſta,& procedit aſcẽdẽdo prope meri,& caput brunchi, ſed oportet ipſam excoriare diligẽter inſtrõ nõ multũ icidẽte, ne ipſã icidas,& uidebis ipſam aſcẽdere ſub muſculo lõgitudinali una cũ alio ramo arteriæ aorti aſcendẽtis, q̃ arteria aſcendẽs carotida,& q̃plurimis aliis noĩbus a medicis appellata fuit. hic tamẽ ſatis mihi uiſum fuit tam uenas, quam arterias, per unũ tãtũ nomẽ declaraſſe, cũ locus,& origo magis idonea ſit uia ad eius proceſſum dignoſcendũ, quã nomina, de quibus etiam omniũ membroꝶ nominibus, fauẽte Dño, ſcribam, ut unicuiq; ſit uia patẽs tũ per mẽbroꝶ partiũ ſectionẽ, tũ per coꝶ diuerſa nomina ad omnis corporis partiũ dignotionẽ accedere. procede igitur,& uide uenã guidẽ occultam,& arteriam excoriãdo, quę aſcẽdẽdo procedũt prope aſperę arterię caput & meri & mittũt ramuſculos ad muſculos ipſius capitis brũchi & ad ſpõdilia colli,& tranſeũtes ad alias partes colli mãifeſtãtur poſt aures uerſus principiũ nucæ,& aſcẽdentes ſpargũtur per cutim capitis,& pericraneũ,& tam ab uno quã ab alio latere procedendo tranſeũt locum cõmiſſurę laudæ,& figũtur in oſſe, quod eſt inter

cõmiſſurã ſagitalẽ,& mẽdoſam,ubi ſunt foramina patentia, ſed difficile eſt uidere nũquid iſtæ uenæ ingrediãtur ab extra intus,uel potius ab intra extra egrediantur,cũ & intus,& extra appareat proceſſus a uena guidem. Iſti duo rami quãdo intra craneũ ſunt,habent ramificationes inter panniculos duræ matris ꝓcedentes tã uerſus ptẽ anteriorẽ quã poſteriorem,& ingrediũtur meatũ dictũ torcular,& procedẽdo uniũtur in torculari in parte inferioi cõmiſſuræ,& oſſi laudæ cõreſpõdenti. Arterię uero & reliquos alios ramos uenæ ut uideas,procede excoriando circa partes colli,qm̃ apparebunt alii rami,uidelicet duæ uenæ,& due arteriæ tendentes uerſus os baſilare prope foramẽ nucæ, & ibi dilatantur lateraliter ad partes ſub oſſe baſilari,ita uenæ,ſicut arteriæ,& ingrediũtur per quædam foramina,quæ ſunt in oſſe baſilari ꝓpe partẽ cõmiſſuræ laudæ, quæ eſt in inferiori parte ad os baſilare, per quæ foramina traſeunt ad durã matrem, & piã matrem tam uenæ,quã arteriæ. Sunt & alii rami ingrediẽtes per foramẽ oſſis baſilaris. ex qbus duo ingrediũtur meatũ torcular dictũ,de quo dicã in anatomia cerebri. Alii uero rami arteriæ, qui duo ſunt,ꝓcedũt uerſus lacunã,ubi ſũt foramina, ꝑ quę tranſeunt arteriæ ad cerebrũ, & ſunt ꝓpe foramina neruoꝝ opticoꝝ,quæ arteriæ poſtquã ingrediũtur per dicta foramina cranei ad intra,cõponũt texturã retis mirabilis inter pãniculũ duram matrẽ prope craneũ,ſed uenæ aliæ ad cerebrũ ueniẽtes procedũt per ſubſtantiã pie matris ſuper ſubſtãtiã cerebri,quæ ſunt numeroſæ,& magnæ,& etiam arteriæ quã plurimę ſpargũtur,ꝑ quos proceſſus tam uenaꝝ quam arteriaꝝ fit cõgeries quædã per totũ circuitũ cerebri in modum retis,quæ quidẽ ſubſtantia retis ex uenis & arteriis cõpoſita

& cum pia matre unita, nõ ingreditur ſubſtantiam cerebri, qm̃ in eius ſubſtantia nõ inueniũtur uenæ, ſed tantũ in ſupficie in pãniculo pie matris. Notabis etiam q tã uenæ, quã arterię pauciſſimæ trãſeãt ad durã matrẽ, reſpectu illaꝝ, quę tranſeunt ad piam matrẽ, ut ſenſu eſt uidere, qm̃ dura mater reſpectu pię matris eſt fere exanguis, nã ut dixi, pauciſſimę, & uenæ, & arteriæ, reſpectiue ad ipſam tranſeunt, neq; ſunt ſupficiales, ſed ſunt inter duos pãniculos cõſtituẽtes duram matrẽ. Vide etiã, qm̃ iſtæ duæ arteriæ, quæ uerſus foramina colatorii nariũ tranſeũt, cũ aſcendũt, ramificãtur ad cõtexturã retis mirabilis, procedũtq; etiã cũ aliquibus uenulis, & arteriis, & faciũt duas ſubſtãtias uermiformes, quas Mõdinus uermes appellauit, quæ tamẽ nõ ſunt uermes, de quibus dixit Galenus, qm̃ illas ſubſtantias uermiformes uidebis in cerebello poſteriori, quæ ſubſtãtiæ ſunt albæ. ſed iſte modus uermium ex cõtextura dictaꝝ arteriaꝝ, & aliquibus uenulis eſt in uacuitatibus, quas uẽtriculos anteriores uocant ſi duę ſunt illæ uacuitates uẽtriculi, nõ enim refert ſiue pro una ſiue pro duabus accipias, in qua cõgerie arteriaꝝ credere rationale eſt fieri omnes animi operationes una cũ rete mirabili, cũ ibi ſint ſpiritus, qui a corde procedũt, ut pręparẽtur a uirtute cerebri, & efficiãtur animales. quare cũ in iſta parte maior quãtitas ſpirituũ appareat, uirtutes etiam animi a ſpiritibus procedẽtes ibi exiſtere credere ueꝝ eſt, quæ autem dixerint reliqui de uẽtriculis cognoſcãt qui uigẽt igenio, cũ in illo uẽtriculo, quẽ mediũ appellãt, nulla appareat arteria, ſiue uena, aut ſanguinis ſubſtãtia, ſed tãtũ aquoſũ excrementũ, cuius excremẽti iſte uẽtriculus eſt locus, & uia ad expurgãdũ, ut poteris in ſectione uẽtriculoꝝ cerebri uidere. hæc inci

dētaliter ſatis dicta ſint. Iſto tamē modo demōſtrādi, tam ue nas, quā arterias, nō potes pfecte in cōmuni modo introdu cēdi iuuenes ad anatomiā omnes uenaꝝ & arteriaꝝ pceſſus oſtēdere. quare nec ego plura dixiſſe uolui, qm̄ uenaꝝ pceſ-ſus requirit ſolā inſpectionē ipſaꝝ uenaꝝ, dimiſſis aliis par-tibus, imo neceſſario oportet in uenaꝝ demōſtratione mē-bra quāplurima, & lacerare, & incidere, & amouere ſm̄ di-uerſam indigētiā ipſaꝝ proceſſus. Et ideo non ſolū de uenis, & arteriis, ſed & de reliquis partibus uētris medii hæc erunt pro introductione ſatis dicta.

De modo ſeccādi uentrem ſuperiorem, ſcilicet caput, in cipiendo ab oſſe pallati, primumq; de ſectione cutis, & mu-ſculoꝝ temporalium. Cap. XXXV.

Expedita ſectione uētris medii, aggredere ſuperio-ré uētré, & imprimis partes exteriores annotabis, quas nō ſine utilitate uidebis, cū partes extrinſecæ cōmunicētur intrinſecis partibus. quare primū rotūditatē capitis cū depreſſione aliqua notabis, deinde anteriorē par tē inſpice, in qua & oculi, & naſus una cū fronte, & reliquis partibus faciei ſunt, quę frontis pars eſt ab ortu capilloꝝ in ferius uſq; ad ſupciliū, & iſtā partē anteriorē ſupra frontem ſinciput appellāt. Vide etiā laterales partes, ubi ſunt aures, quas partes tēpora uocāt, ſed pars poſterior, quæ ſupra col lū eſt, occiput uocatur, quæ autē ſuprema pars eſt in cacumi ne capitis, uerticē appellant, quæ pars tota capillis coope-ritur, quos capillos nouacula amouere oportet, ut melius & cutis, & reliquæ partes inſpiciātur, quibus partibus ſic an-notatis, capilliſq; amotis, cutis immediate apparet, quæ ca-pitis cutis craſſa admodū eſt, neq; carnoſa, ut quidā putaue

runt, ſed pura, cõſtãs ex illis tribus dictis in anatomia uẽtris inferioris. In qua cute uidebis radices capilloꝝ, quæ uſq; ad pãniculũ carnoſum figuntur, uel ibi apparet materia capil- loꝝ recipere formã, quæ radices ſunt notabiles, ſed ut omnes partes diligẽter uideas, ſcinde iſtã cutẽ ſm crucis figurã, in- cipiẽdo in extrema parte frontis uerſus angulos extrinſecos oculoꝝ procedẽdo uerſus cacumẽ capitis tranſuerſaliter, & poſt aurẽ finiẽdo, uerbigratia, ſi cũ nouacula incipies ſecca re in parte dextera frontis, procedes uſq; poſt aurẽ ſiniſtrã, ad locũ dictũ occiput, qua facta prima inciſione, reuertere ad ſeccãdũ ſm trãſuerſalẽ lineam incipiendo a parte ſiniſtra frõtis ſupra angulũ oculi, & procede trãſuerſaliter uſq; poſt aurẽ dexterã, & hic modus incidẽdi fit, ne muſculum frontis incidas, ut (ſi lubet) ipſum uidere poſſis, qua ſectione cruciali facta, excoria diligẽter cutẽ extrinſecã, qm̃ ſub ea imediate eſt pãniculus carnoſus. & nota, quod quia iſte panniculus in iſta parte eſt adherẽs ualde cuti, cũ hic nulla ſit fere pingue- do, ideo multi decepti dixerũt cutem capitis carnoſam eſſe. Etenim cutis coopertoriũ corporis tantũ exiſtit, & ideo ma le opinãtur qui cutẽ carnoſam in aliqua nõ ſolũ capitis, ſed aliaꝝ corporis partiũ uidiſſe affirmãt, cũ decepti ſint a pãni culo carnoſo hucuſq; incognito medicis, & philoſophis, & uidentes carnis generationẽ, ibi cutim ſolã exiſtimarũt, ſed generatio illius carnis nõ fuit ratione carnoſitatis cutis, ſed qm̃ ſub ea eſt pãniculus carnoſus, qui non eſt mẽbrana pura ut ſunt alii pãniculi, ſed ex carne & mẽbrana a natura geni tus, ut partes diſgregate, per ipſum, qui carnoſus eſt, ſimul coaleſcere poſſint. Etenim ſi cutis eſt mẽbrũ ſpermaticum, ut ipſi fatẽtur, ſemper regenerari nõ poteſt, ſed cum natura

prudens,

prudens, in neceſſariis nõ deficiat. Videant iſti quomodo errent, qm̃ panniculus carnoſus eſt ille, per quod pululat caro, ubi cutis inciſa eſt, quod ſi antea de illo pãniculo etiã dixerim, nõ incõueniẽs ſuit, hic etiã ad clariorẽ doctrinam iterũ de eodẽ mẽbro aliquid dicere, quod & in aliis quãplurimis locis iſtius anatomicę introductionis in aliquibus mẽbris feci, faciãq;, ut per replicatã enarrationẽ melius illa mẽbra dignoſcãtur. Igitur excoriata cute, excoria etiã pãniculũ carnoſum, qui in iſta parte ſubtilis eſt, & maxime in adultis, attamẽ in iſta excoriatione caute procedas, ne aliquã uenam incidas, & maxime uenas frontis, quæ ſolẽt phlebothomari in quãpluribus capitis egritudinibus, quæ procedũt a uena guidẽ. annotatis ergo uenis & etiã arteriis, uide pãniculum pericraneũ dictũ ſiue almocatim, cooperientẽ craneũ, & a lateribus duos muſculos tẽporales, ſed incipe imprimis hos muſculos excoriare, & uide eorũ ſubſtãtiã, figuram, & terminos, qm̃ ab una parte ſcilicet in ſuperiori, terminãt ad commiſſuras paruas ſupra cõmiſſuras mẽdoſas, quas cõmiſſuras uidebis melius poſt cranei ſectionem, & in alia parte terminãt ad mãdibulã inferiorẽ, per chordã ſatis amplam ipſam mandibulã eleuando. ſua figura eſt plana, rotũda in parte ſuperiori, & terminat inferius per angulũ acutũ in dictã chordam ad mandibulã, ad quẽ muſculũ ueniunt nerui a quarto & quinto pari ẽm enumrationẽ dictã, incipiendo a neruis ad nares deſcendẽtibus, & hoc ut melius deſeruiat motibus mandibulæ. quare ex pluralitate neruorũ & propinquitate percuſſiones hic ſunt letales. Nota q̃ natura aliquando hos geminat muſculos, & eſt mõſtruoſum, ut ego uidi. 1532. ſed uiſis dictis muſculis, uide etiã cutẽ in parte anteriori frõtis,

quã excoriaſti, qm̃ uidebis uillos muſculoꝝ mouẽtiũ ſuperci lium, & cutẽ frontis, qui uilli procedunt ſm inferius uerſus naſum, & oculos. uiſis itaq; dictis partibus, excoria etiam pericraneũ pãniculũ, qui adheret oſſi cranei ligamẽtis fortibus nõ ſolũ a cõmiſſuris uenientibus, ueꝝ etiã a ſubſtantia oſſis cranei, & eſt ita alligatus, ut cõtinuus potius, quã cõtiguus dici poſſit, ut etiã in aliis pãniculis oſſa cooperiẽtibus eſt uidere. iſte pãniculus durus eſt, nõ tamẽ craſſus, qui (ut dictũ eſt) tam per cõmiſſuras ſerratiles, quam nõ ſerratiles craneo coniunctus etiã eſt, per quas etiã cõmiſſuras unitur pãniculo duræ matris ad ſubſtentandũ ipſam durã matrẽ, qm̃ nõ ſolũ pericraneũ per talia ligamenta commiſſuraꝝ unitur craneo, uerũ etiã ſubſtentat panniculũ duræ matris, qui pãniculus eſt ĩmediate in parte cõuexa cranei, alligatus nõ ſolũ iſtis, ſed aliis ligamẽtis, a reliquis partibus oſſis uenientibus, quẽ panniculũ uidebis in cranei eleuatione.

¶ De anatomia oſſis cranei & partiũ ei9. Cap. XXXVI.

Subſtantia panniculi pericranei uiſa, & a craneo excoriata, quæ alba eſt, dura, & tenuis (ut dixi) inſpice ſubſtantiã oſſis cranei, quæ alba eſt ad aliquam rubedinẽ tendens, & rotũdæ figuræ aliqualiter depreſſe, & in plures partes per cõmiſſuras diuiſa, quaꝝ cõmiſſuraꝝ primã uidebis ĩn parte anteriori capitis ſupra frontẽ, incipiendo ab extrema naſi cauitate ſub ſupciliũ, mẽſurando quantitatẽ manus illius cadaueris, accipiendo manũ ab extremitate uolæ uerſus focilia uſq; ad digiti medii extremitatẽ. potes etiam inuenire locũ dictæ cõmiſſuræ, accipiẽdo quantitatẽ fili, quæ quantitas ſit menſura ſpacii ab una parte anteriori ad aliam auriũ a parte etiam anteriori, & duplicato filo ſiue

dimidia parte accepta, & ad extremum naſi(ut dixi)poſita una extremitate dicti fili, & aſcēdendo tracto filo, ubi termi nabit eſt locus cōmiſſuræ anterioris, quam cōmiſſuram co‑ronalé appellant, & eſt ſerratilis, ſcilicet habens dentes ſicut ſerra, qui dentes ab una parte oſſis, & ab alia ſimul coeuntes faciunt iſtam cōmiſſuram, quæ tranſit arcualiter ab uno tē pore ad aliud. ſecūda cōmiſſura dicitur ſagitalis, & eſt etiam ſerratilis & tranſit per ſummitatem capitis directe, incipiē do ab iſta coronali dicta, uerſus ſinciput, & terminat ad aliā cōmiſſuram ad partem occipitii, quam cōmiſſuram laudā uocant, qm̄ litterę grecæ ſimilatur, quę talis eſt. λ. cōmiſſura igitur ſagitalis recta eſt, & in ſummo capitis, & ſerratilis diui dens os ſūmi capitis in dexterū, & ſiniſtrū. tertia uero cōmiſ ſura ſerratilis dicitur lambda, ad ſimilitudinē dicte litteræ, & eſt in poſteriori parte cranei, ꝓcedēs uſq; ad os baſilare. Re peritur quandoq; in aliquibus craneis, & quarta cōmiſſura ſerratilis, quæ diuidit os frōtis, & procedit a cōmiſſura coro nali diuidēdo os frontis uſq; ad os naſi, ſed hoc nō eſt in om nibus, ut clare uidebis in capitibus mortuoꝝ in cimiteriis, ſi inſpicere uolueris, etenim quædam capita inueniūtur, in qui bus huiuſcemodi cōmiſſuras uidebis. hāc cōmiſſurā quidam dixerūt tantūmodo in capitibus mulierū inueniri, ſed ego uidi ipſam etiam in capite cuiuſdam iuuenis trāſeūtem per frontem uſq; ad naſū. poſt iſtas uide etiam commiſſuras la‑terales ſupra aures quas mendoſas appellant, iſtæ ſunt mani feſtæ, & cōtinuatæ neq; ſerratiles ſunt, ſed aſcendētes ad mo dū ſquamæ, ob quam ſimilitudinem & ſquamoſæ dicūtur. ſu per iſtas ſunt duæ aliæ cōmiſſuræ, ſcilicet una a dextris, & al‑tera a ſiniſtris, quæ fere inſenſibiles ſunt, & ob hanc cauſam

ſæpiſſime nō uidentur, attamē in cimiteriis ſępiſſime, & nō ſemp claras inuenies iſtas cōmiſſuras ſupra oſſa petroſa, ſeu ſupra cōmiſſuras mendoſas. uidebis etiam ſuper iſtas cōmiſſuras uidelicet inter iſtam & ſagitalē, duo foramina, per quę tranſeūt uenæ ad cerebrū, & eſt unū a deſtris, & alterū a ſiniſtris. ſunt & alia foramina, ſed nō ita apparentia, ꝑ quæ omnia tranſeūt uenæ ad nutriendū os, & etiam ad ſubſtātiam dure matris, quandoq; & aliæ uiſæ ſunt cōmiſuræ de quibus nihil dicam, cū ſatis ſit manifeſtas enumeraſſe, quæ nō ſine maxima utilitate a natura, quæ nihil fruſtra agit factæ fuerunt. Etenim per iſtas commiſſuras capiti multas utilitates impartitur, ſcilicet ut per ipſas fiat nō ſolū nexus exterioꝝ & iterioꝝ membroꝝ, uerꝝ etiam ut per eaꝝ diuiſiones, ſi una pars ledatᷣ, reliquæ illeſæ remaneant. eſt & alia nō mediocris utilitas, uidelicet ut ꝑ eoꝝ poroſitates uapores mali, & ſuperfluitates q̄plurimæ extra appellantᷣ. ſimiliter dilatatis partibus pari modo ſi aliquo exteriori eguerit auxilio aeris uel alterius rei tā calefacientis, quā infrigidātis, exſiccātis uel humectantis, ut per ipſas cōmiſſuras facilius ad cerebri ſubſtātiam ꝑueniat. Sed ut reliquas partes ipſius cranei diligēter uideas, & ad intrinſecas partes accedas, partē ſuperiorē cranei eleuare oportet ab auribus ſupra incidendo ipſum ſerra parua circūcirca, utputa incipiēdo a parte anteriori in oſſe frontis, & ꝓcedendo per oſſa tempoꝝ uerſus poſteriorem circūcirca ſeccando, & reuertendo ad os iteꝝ frōtis, ubi incepta fuit cū ſerra inciſio. Et hoc diligenter ne ex contentis panniculis aliquē, dentibus ipſius ſerre laceres, qua inciſione per ſerrā facta, eleua partē cranei ſuperiorē, quā ſeparaſti quæ erit ſane in modū pateræ, ſed in eius eleuatione oportet

notare ꝙ cũ dura mater in cõuexo cranei undequaq; ſit cra neo alligata ualidiſſimis ligamẽtis ultra cõmiſſuras, ſicut ui diſti etiam in pericraneo ipſum craneũ oportet diligẽter ele uare coadiuuante aliquo inſtrumento excarnatorio nõ inci dente, ſed obtuſo, ne fiat aliquaꝝ partiũ cerebri laceratio cũ ſit mollis ſubſtãtiæ, qđ inſtrumentũ ſit ſubtile, & aliquan tiſper curuũ, quã oſſis eleuationem nõ ſine labore ꝓpter di cta ligamenta facies. Sed qm̃ ſunt quidam diu legentes, qui hanc cranei alligationẽ cũ dura matre ultra cõmiſſuras ne garunt, me etiã demõſtrante, hoc ſcilicet argumento ducti, ſe nullibi hoc legiſſe, & maxime apud Galenũ, iſti tñ, ſiue ſe nes, ſiue iuuenes ſint, ſi uerba noni de anatomicis aggreſſio nibus, & in aliis locis recte cõſideraſſent, ſciuiſſent Galenũ, dũ miratur de hoc nomine μήνιγξ, ab antiquis obſeruato in denominationẽ cerebri panniculi, dixiſſe tenuem meninx anecti cerebri ſubſtantię, craſſam uero craneũ ſubcingere, in quo intermedio uelaminũ aſcendit & deſcendit cerebrũ, dũ dilatatur, & conſtringitur. Sed de hoc clarius locutus eſt doctiſſimus Arabs primo ad Almanſorẽ. Sed qm̃ ueritatẽ ſenſatam oſtendere decreueram, ideo dimiſſis auctoritati bus uidebis hanc unionem ſi te in inciſionibus exercueris, etenim in oſſe baſilari, ita dura mater eſt annexa oſſi, ut uix etiã ſcalpello incidenti ſeparari poſſit, niſi animal, ſiue cada uer adhuc calidũ ſit, uel qđ iam ceperint partes ab humidi tate per caliditatẽ extraneã relaxari. Sed teſtis ſenſatus eſt ipſa aſperitas in parte cõuexa oſſis, qm̃ ſi inſpicies os cranei in ipſa parte caua intrinſeca, non eſt lene & terſum, ſicut in parte gibba ſuperiori, ſed eſt inequale, habẽs cauos inceſſus, unde alligatur ipſa duramater ſm inceſſum uenaꝝ quæ in ip

ſa ſunt ultra commiſſuras, neq; ualet ratio, de cancris, qui in nouilunio ſunt ſemiuacui, qm̄ bene cõcludit cũ Hippocrate & aliis ſapientibus, uidelicet ꝙ tempore nouilunii humiditates corporis noſtri ſunt reſtrictæ, & plenilunii tẽpore ſunt extẽſæ, & ſparſæ, & ideo mẽbra mollia, ut eſt cerebrũ magis tumet. ſed nõ propter hoc dixit Hippocrates, & alii, duram matrem nõ eſſe annexam craneo undequaq;, quod ſi quandoq; in uulneratis uiſa eſt duramater ſeparata a craneo, hoc fuit uel ratione percuſſionis illatę facientis relaxare, aut rũpentis ligamẽta, uel ratione alicuius humiditatis relaxantis ipſa ligamenta, ſiue ſit ſanioſa ſiue non ſanioſa, hoc nõ militat. ſed ſat eſt, quod in quibus inuenitur iſte pãniculus duræ matris ſeparatus a ſubſtãtia oſſis, ipſe preter naturaliter diſtat, neq; rationale fuiſſet, ꝙ duramater, ſi eſſet mobilis, & ſeparata, haberet cõtangere craneũ ita inequale cũ nullibi in animali natura fecerit oſſa aſpera ſine coopertorio adherente, ut notum eſt exercitatis anatomiſtis, attamen, ſi hoc ſcire deſideras, certificariq; habere oportet caput, & frangere oſſa inferiora, ſcilicet os baſilare ſerra, aut quouis alio inſtrumento, qm̄ poſtq̃ ſubſtantia cerebri erit amota una cũ pia matre, uidebis durã matrẽ unitam undequaq; craneo ultra cõmiſſuras, ſed dimitte iſtos in ipſa uerboꝝ ſciẽtia, & ornata locutione manere, in qua ſummã ſuã poſuerũt gloriã, tu uero ſtudebis ueritatis indagationi, & reuertẽdo uide reliquas cranei partes, in quibus annotabis unã oſſis ſubſtãtiã albã, duram, denſamq;, quæ cõſtat ex tribus partibus, quarũ una eſt pars ſuperior quæ erat cõtigua panniculo pericraneo, quæ pars denſa, & dura eſt, ſed in groſſitie nõ eſt equalis in oībus, qm̄ ſm diuerſitatẽ ætatis, cõplexionis, & ſexus di-

uerſificatur, attamen iſtud os, ſiue iſta prima pars oſſis quã dicunt ꝑrimã tabulã eſt groſſitiei particulæ corii bubuli nõ exſiccati. Secũdę uero partis oſſis ſubſtantia eſt ſpõgioſa & rubea, quã partẽ ſecundã tabulã uocant, neq; eſt denſa, nec dura, ſed (ut dixi) rara eſt, tendens ad rubedinẽ, neq; eſt mollis, ſed propter poroſitates plurimas, in quibus ſanguis apparet, ſiue materia nutrimenti nõ expoliata 'a qualitatibus ſanguinis, minus dura exiſtit, quæ quidẽ ſecunda tabula potius ſpõgioſa, & mediaſtina pars cranei debet dici, quã ſepa rata oſſis ſubſtantia, etenim cerebrũ (cũ ſit membrũ principale) nõ eſt medula, ut quidã ignari male uerba antiquoꝝ intelligentes crediderunt. Igitur ſecunda tabula eſt ſubſtantia cranei ſpõgioſa, ubi digeritur oſſis nutrimentũ, quæ pars ab aliquibus etiã medularis dicitur. poſt uero iſtã ſecundã tabulã occurrit ultima pars ſubſtantiæ oſſis cranei, quã partẽ tertiam tabulã uocant, ſiue uitreã tabulã, propter eius ſubtilitatẽ, etenim ſubtiliſſima eſt partiũ cranei, quæ eſt unita, ſiue alligata duræ matri, etenim ſi in eius cauitate inſpexeris, illã partẽ uidebis aſperam, inequalẽ, & cũ quibuſdã cauitatibus, in qbus (ut dixi) alligatur dura mater magis, & uenaꝝ inceſſus per ipſam durã matrẽ procedentes per iſtas cauitates cranei melius procedunt, cũ in illa parte ſit magis tumida. Hic ergo eſt numerus partium, & diuerſitas ſubſtantiæ oſſis cranei. Sed qm̃ ſunt, & aliæ partes, quæ craneum cõponunt ipſum integrãdo, ideo nota ĩprimis partẽ anteriorẽ, a cõmiſſura coronali infra, uerſus ſupcilium, quã partẽ ſinciput appellant. Sed ſupra cõmiſſurã, pars illa oſſis, quæ diuiditur in dextrũ, & ſiniſtrum, a cõmiſſura ſagitali inſpici debet, qm̃ tam in uno, quã in alio latere uſq; ad aures procedẽ

do ſunt diuiſiones, ſiue cōmiſſuræ, quarum maior, & manifeſtior eſt cōmiſſura mendoſa dicta, ſed ſupra ipſam mendoſam, eſt una alia cōmiſſura, quę nō ſemper manifeſtatur in noiter mortuis, ſed in capitibus mortuorum in cimiteriis ſępiſſime apparet. & iſta inſpectio prodeſt in operationibus manualibus capitis, incidēdo, uel in pcuſſionibus, quādo propter nocumētū intrinſecū, os incidere oportuerit, aut cum tripano, aut fricatoriis, uel aliis inſtrumentis cum amouere, qm̄ nō ſine diſcrimine, & ſenſibili nocumēto in cōmiſſuris operamur. q̄ partes laterales diuerſa habēt nomina, etenim partes, quæ ſunt prope cōmiſſurā ſagitalē, bregmatis oſſa appellant, ſub quibus ſunt cōmiſſuræ mendoſæ cauſate ab oſſibus petroſis, & dicuntur iſta oſſa petroſa, qm̄ duriſſima ſunt. appellant etiā iſta oſſa ſquamoſa, qm̄ aſcendunt ſuper alias partes cranei ad modū ſquamæ. quidā tamen oēs iſtas partes ſimul acceptas partes tēporales nominarunt, ſed in nominibus nō eſt multa uis. uide etiā partē poſteriorē oſſis q̄ eſt a cōmiſſura lambda ultra, iſtā partē quā pupim capitis uocant, ſiue os lambde, quod os eſt duriſſimū, & denſum reſpectu aliarum partiū, nam pars poſterior cranei durior, & ſpiſſior, craſſiorque anteriori eſt, dimiſſa ſupcilii parte, ubi ſūt cauitates oculorum. iſta tamen pars & ſi groſſior ſit, attamen non eſt durior. Nec unū dignū notatu, & medicis utile prætcribo, uidelicet os circa cōmiſſurā coronalē eſſe tenuius in poſteriori parte, ſed in partibus lateralibus oſſa ſunt etiam tenuiora, quā in cæteris aliis partibus cranei. Vide etiā foramina in cranei parte prope ſagitalē cōmiſſurā, per quę dictū fuit tranſire uenas ad cerebrū. uide etiā alia foramina p ſubſtantiā oſſis nō ita magna per quæ etiā & nerui trānſeūt

a dura

a duramatre, & exeunt ad partes capitis, & faciei, & ad linguã, & alia mẽbra. ſunt & uenæ etiã a duramatre transeuntes per craneũ extra &c. dimitte igitur reliquas cranei partes, ut eſt os baſilare, & oſſa ſagitalia, quæ poſt aures ſũt, qm̃ iſtas partes uidebis poſt eleuationẽ ſubſtantiæ cerebri, neq; credas caput cõponi ex ſex tantũ oſſibus, aut ſeptẽ, qm̃ multo plures ſunt, ſi oẽs oſſis baſilaris partes enumeraueris. igiẽ poſtq̃ omnia digna notatione notaſti. uidiſtiq; loca, & diſcrimina in opationibus manualibus, tam in ipſum os amouendum, quam in dilatando, ad reliquas partes uidẽdas oculos, & animum præparare oportet.

¶ De ſectione panniculorum, tam duræ, quam pie matris, & in ipſis contentorum. Cap. XXXVII.

Sub oſſe cranei, quod eleuaſti, immediate eſt panniculus duramater dictus, qui albus eſt, & durus, craſſus admodũ, nerueæq; ſubſtantiæ ſimilatur, cõpoſitus ex duabus tunicis, inter quas ſunt uenæ nutrientes multæ, ſed nõ magnæ, protendentes per oẽm inceſſum, ſed maiores ſm longitudinẽ procedunt, neq; ſunt apparentes, ſicut in piamatre, qm̃ claudũtur inter duas dictas tunicas. quare ex iſta occultatione dura mater fere exanguis apparet. tranſeunt etiã ad ipſam durãmatrẽ arterię nõ plurimæ, ad uiuificandũ ipſam. Iſte panniculus duramater cooperit ſubſtantiã cerebri, quæ eſt uelata panniculo piematris, quẽ uidebis, eſtq; dura mater diuiſa in duas partes in parte anteriori, ſcilicet in dexterã, & ſiniſtrã, incipiẽdo a parte anteriori uſq; ad cerebelli poſterioris partẽ, ſm proceſſum cõmiſſuræ ſagitalis, & iſta diuiſio eſt profunda, in qua diuiſione duplicatur duramater & unitur unione pfecta, & in iſta parte

ſic unita eſt ſubtilis, & figitur ab una parte, ſcilicet anteriori, ſiue unitur cũ ſubſtantia cerebri, & ab alia parte, uidelicet uerſus cerebellũ faciendo arcualem figurã, ita ꝙ nõ eſt unita in iſta diuiſione niſi in duobus capitibus, & iſta eſt pars inter media durematris, quæ diuidit cerebrũ anteriorẽ in dexterꝫ, & ſiniſtrum, & ꝑ cõſequens in duas partes, ſub qua diuiſione, eſt pars cerebri inter media dexteri & ſiniſtri uẽtriculi, quæ dicitur diaphragma cerebri, & eſt diaphana, & lucida ſplendens gẽmarꝫ ſplendore, quã diaphaneitatẽ & ſplendorem nõ pfecte uidebis niſi poſt aptionem dictorꝫ uentriculorꝫ, hoc ſcilicet modo operãdo, uidelicet, oportet aliquãtiſper, & leuiter extẽdere iſtam ſubſtantiã, quæ eſt intermedia & diſtinguens uentriculos anteriores, & hoc ne rũpatur in parte inferiori, & ſic ipſam & lucidã & diaphanã uidebis, ut clarius dicã ſuo loco, quã partem ſplendentẽ ſeu diaphragma ſummus anatomiſtarꝫ Galenus annotauit nono anatomicarꝫ aggreſſionũ. Præterea duramater ꝓcedendo uerſus cerebrũ poſterius, quod cerebellũ appellant, duplicatur etiã lateraliter ſiue ſm tranſuerſalẽ inceſſum, diuidendo cerebrũ anterius a poſteriori cerebello. Sed in iſta diuiſione partes duræmatris non uniuntur ſicuti in diuiſione ſm longitudinẽ in parte cerebri anterioris, ſed ſunt diſtãtes, & ſeparatę, ita ut unaqueqꝫ pars cooperitur a ſua parte durę matris, & ſic uidiſti duas diuiſiones cerebri ab ipſa duramatre, quarꝫ una diuidit partẽ anteriorẽ cerebri in dexterã & ſiniſtram, alia diuidit totã ſubſtantiã in anteriorẽ & poſteriorẽ. Sed anteꝗ̃ ipſam durãmatrẽ aliter moueas, id qđ te uidere oportet, eſt quidam meatus, qui cõſtat ex ſubſtantia duræmatris procedẽs a parte anteriori cerebri per cacumẽ ipſius ſm in-

ceſſum commiſſure ſagitalis, quod ſi dixeris procedere a parte poſteriori ad anteriorē nō refert, & iſte meatus uocatur a quibuſdā torcular, ſed antiquiores uocabant torcular locū in parte poſteriori ubi ingrediūtur duæ uenæ in iſtam cauitatem, & eſt ubi eſt cerebrū poſterius uerſus foramen nucæ. Galenus uero & alii ſapiētes iſtam cauitatem uenā appellauerūt, & in iſta uena ſiue in iſta cauitate aut in iſto torculari ut quidam nominant, ingrediūtur in parte poſteriori uerſus nucā duæ uenæ dictæ, quæ per ipſam cauitatē aſcendūt & in proceſſu rarificātur earū tunicæ, quem proceſſum ſæpiſſime uidi. Sed in aliquibus cōtinuatio iſtarū uenarū non apparet neq; ꝓcedere uidētur, neq; aliqđ aliud in ipſa inueni, ſed ſolū cauitas uacua inſpicitur, uerū quando apparēt uenæ dictæ quæ in iſta cauitate ex proceſſu dictarū uenarū ꝓcedūt uniūtur, nā rarificatur ſubſtantia uenarū poſtq̄ proceſſit, in qua parte tunicæ cōiūctæ & ſubtilitate detinēt ſanguinē, qui ſāguis uidetur qđ ſit extra uenas ob ſubtilitate panniculi detinētis ipſum, ſed non eſt ita, qm̄ poſt iſtā raritatem, & ſanguinis expanſionē, detēti tamen a ſubtiliſſimo pāniculo immediate uidebis ſanguinē ſiue uenā, iterū uniendo ſuas partes facere unam ſubſtātiā ſimilem uenæ in omnibus, quæ ꝓcedit aſcēdendo uerſus frontē per dictū meatū, & hoc potes ſenſu uidere ſine aliqua diſputatione, ſi diligēter eleuādo has uenulas procedas, ſed cū ad iſtā partē, in qua ſanguis ita globoſus apparet deueneris, inſpice diligēter eleuādo & paulatine, candeliſq; in manibus accenſis, quoniā uidebis panniculū uenarū ſubtiliſſime extēſum acſi eſſet aranea tella inuoluētē hūc ſanguinem, qui poſtea ꝓcedēdo unitur, & cauſat unā ſubſtantiā ſimilem uenæ, quā dixi tranſire per torcular ſiue

per cauitatem illã & mittit ramuſculos per foramina, duræ matris ad piãmatrem, ex hoc dubitare non erit inutile nunquid iſta cauitas ex ſubſtantia duræmatris facta, uenam appellare poſſit, uel credere dicentibus ibi eſſe ſaguinẽ extra uenas, cũ iã & audiſti, & uidiſti in ipſo meatu ingredi uenas & per totũ ipſum ſępe trãſire, tã & ſi aliquãdo uel ex paucitate ſanguinis uel ſubtilitate uenaꝶ nõ appareat ultimus trãſitus ſed ut dicta hucuſq; uideas. ſcinde durãmatrẽ ĩ anteriori parte in eius ſũmitate, ſecũdũ inceſſum cõmiſſuræ coronalis, & hoc inſtrumẽto acuto incidẽte, habẽte acutiẽ curuã ad modũ falcis, ne aliqua ex intrinſecaꝶ partiũ, quę in cauitate iſta ſiue in torculari ſunt (rũpat᷑) & hanc icĩſionẽ adiuuabis poſito ſpicillo obtuſo, & ſeccãdo tandẽ procede uſq; ad ultimã partem meatus, & hoc tã in anteriori, quã in poſteriori parte, ita ut tota cauitas adaperta omnibus pateat, & in parte poſteriori inferius uerſus nucã uidebis proceſſum duaꝶ uenaꝶ dictaꝶ ueniẽtiũ a guide cibus, quæ procedũt per ipſum torcular, & uniũtur ut dictũ eſt faciẽdo unã ſubſtãtiã, quę cũ procedit ad partem anteriorẽ uerſus frõtẽ deſcẽdẽdoq; figitur in ꝓfundo duplicationis duræmatris, faciẽtis diuiſionẽ cerebri anterioris in duas partes. Nota quod ramuli uenæ trãſcũtis per foramina iſtius magne cauitatis ad piãmatrẽ uniũtur cũ ramulis uenaꝶ piematris. Nõ deſunt tamẽ credẽtes has uenas cõtrario modo ꝓcedere, uidelicet a piamatre & per foramina illa ingredi meatũ ſiue cauitatem iſtã, ſed cũ iam inferius uidiſti duas uenas ueniẽtes in torculari, & cauſãtes unã ſubſtãtiã, ideo illę erũt ſatis ad ueritatis cognitionẽ, cũ potius hic ſenſus, q̃ diſputatio præualeat, quibus annotatis, ut uideas, & iam ſubſtãtiam duræmatris, & uenulas, quas

dixi procedere a uena, quæ eſt in cauitate per foramina ipſius ad uenulas piematris, incide circũcirca durãmatrẽ in inferiori parte, ubi amotũ fuit os cranei ſerra, quã durammatrẽ ſic inciſam oportet diligenter ſurſum eleuare, inuerſando ipſam uerſus cacumẽ capitis, tã a dextris, q̃ a ſiniſtris, qm̃ eleuando cũ eris prope torcular uel cauitatẽ uidebis proceſſum, & cõiũctionẽ dictaꝵ uenulaꝵ, quas a torculari ꝓcedere dixi. Vide poſt iſtam inſpectionẽ durammatrẽ cõpoſitam ex duplici tunica, excoriãdo tunicam a tunica, inter quas uidebis proceſſum uenaꝵ tranſeũtiũ, ut dixi ſupra, per ipſam, ex qua inſpectione cognoſces ſubſtantiã, & partes durę matris, iuuamẽtaq;, & colligantiã, qm̃ deſcendit ꝑ nucã ad ſpõdilia, ut uidebis poſtea. uide etiã, ꝙ dura mater hincinde alligatur piæmatri ꝑ paruas iam dictas uenulas, ſed poſtquam omnia in duramatre annotaſti ipſa ſic dimiſſa, ut uideas poſtea diaphragma, qđ cõponit̃ eſt ſub ipſa ſuo loco. uide etiã panniculũ pięmatris, & ſpaciũ inter ipſum, & durãmatrem de quo dicebat Galenus nono aggreſſionũ, & ſic cognoſces panniculũ piæmatris adherere, cerebri ſubſtãtiæ, & panniculũ duræmatris adherere etiã ſubſtantiæ oſſi cranei, qui pãniculus pięmatris eſt tenuis, & fere araneæ tellæ ſimilis, habens tamẽ tenacitatem, & ſpiſſitudinem reſpectu ſuæ tenuitatis, ꝑ quẽ panniculũ tranſeũt uenæ quamplurimę notabiles, & plenæ ſanguinę, quas ꝑ omnẽ inceſſum uidebis, trãſeũt etiã rami arteriæ per iſtũ panniculũ, ſed nõ ita numeroſi, nec magni, ex quo tranſitu uenaꝵ & arteriaꝵ fit cõtextura retiformis, quas uenas ita cõplicatas ſeruabis ut uideas cõmunitatem, q̃ habent cũ uenis traſeũtibus per uentriculos anteriores cerebri, quę ſunt in fundo ipſoꝵ uẽtriculoꝵ, & ſimilãtur

uermibus rubeis,de quibus dicā poſt,qm̄ has uēas uermes appellarūt anatomiſte,ſed iſti nō ſunt uermes,de qbus dixit Galenus,qm̄ illæ ſubſtantiæ ſunt albæ,& ſunt in cerebello fere ꝑpe os baſilare.ſubſtātiā igitur piæmatris uidiſti una cū uenis & arteriis,ſua operatio eſt uenas & arterias ſubſtētare, ſubſtantiāq; cerebri uelare, & partes plures cerebri īmediatius diuidere,etenim ſi rectę inſpicies, uidebis piāmatrē nō ſolū ſubſtantiam cerebri exteriorē cooperire, uerūetiam & interiores anfractus,& parietes uentriculoꝝ,in quibus eſt cōgeries uenaꝝ,& arteriaꝝ cōponētiū ſubſtantiam tranſeūtem ad uermium ſimilitudinem.

De modo ſeccandi cerebri ſubſtantiā ut uentriculos omnes uidere poſſis & alias ptes. Cap̄. XXXVIII.

CErebri ſubſtātiā,q̄ alba eſt,& mollis,maiorē eſſe in homine reſpectu ſuę magnitudinis,q̄ in quocunq; alio aīali,oīum ſapiētū cōſenſu iudicatū eſt, & ideo homo cęteris animalibus in diſciplinis p̄eſt, hæc cerebri ſubſtantia a multis medullaris dicta fuit,& male,qm̄ cerebrū eſt mēbrū per ſe principale, & nobile, in quo ſedes animi ſunt. quare natura ſtuduit ipm̄ munire tot tutaminibus,ne operationes animi lederent. Igitur eius ſubſtantiam uide, quæ anfractuoſa eſt,& hoc incidēdo ipſam in parte ſuperiori ſcilicet in cacumine cultro lato ſubtili,eleuando paulatine ſubſtantiam ꝑ partē poſt partem,uel ſi lubet ex Galenis dictis, potes ſecūdū lōgitudinē ſcindere ipām tam a dextris q̄ a ſiniſtris uſq; ad cauitatē uētriculoꝝ.Et primū quod occurrit tibi ad uidendū,eſt cauitas quedam ampla clibanū cerebri dicta,ſiue ψαλιδοειδὴς, qđ uerbū gręcū arcuale ſpaciū ſignificare uidetur,etenim cauitas clibani ampla eſt,q̄ cauitatem ut ui-

deas, poſtquam locũ inueniſti ſpecillũ ligneum habere opor tet, aut plura diuerſa℞ magnitudinum, ut poſito ſpecillo intus poſſis melius eleuando partes, hanc clibani cauitatẽ inſpicere, etenim moderni ipſam nõ animaduerterũt, quæ clibani cauitas habet intus partẽ ſuperiorẽ cõuexam. & extra gibbam, q̃ ſubſtantiã, ſi bene inſpexeris, uidebis etiam in colore ab aliis uicinis partibus aliqualiter differre. Sed utilitas iſtius clibani eſt, ut ſit uentriculo℞ anterio℞ coopertorium, quæ pars ſubſtentat̃ ab extremitatibus diaphragmatis. hoc igitur uiſo remoue paulatine ſubſtantiã cerebri facientẽ ipſum clibanũ, & apparebũt uentriculi anteriores, ſiue uẽtriculus, ſi has duas partes pro uno uentriculo poſueris, etenim due ſunt cauitates, una a dextris, & altera a ſiniſtris, quæ incipiũt uerſus frõtem per circuitũ procedẽtes, ac tortuoſe uſq; ad extremũ fere cerebri anterioris, in quibus cauitatibus, uidelicet tã in dextera, q̃ in ſiniſtra ſunt ſubſtãtiæ quædã eleuatæ & magis albicantes quas natas, ſiue anchas moderni anatomiſte appellãt, etenim ſunt gibbæ albicantes & eleuate ad ſimilitudinẽ ancha℞, & natiũ una in dextera, & altera in ſiniſtra cauitate, ſeu uentriculo, ſuper quas anchas trãſeũt nerui ad aures ꝓcedentes a quinto pari neruo℞ ſm cõmunẽ enumerationẽ, ſed enumerãdo a neruis ꝓcedẽtibus ad nares, iſti procedũt a ſexto pari, & ſunt iſpiciẽdi, qm̃ pulcherrimus eſt iſte tranſitus. ſcire te tamẽ oportet ꝙ nates de quibus dixit Galenus ꝙ aperiũtur & claudũtur a motu contractionis & cõſtrictionis uermiũ, qui ſunt in poſteriori cerebro, quod cerebellũ uocant, uidebis in inſpexione medii uentriculi, quo annotato oportet ad alias partes melius uidẽdas dilatare parietes uentriculo℞ ſpecillo ligneo iã dicto, qđ ſiue fuerit ex

buſſo,ſiue ex alio ligno,non refert,dũmodo ſpecillus ſit terſus.Et hoc leuiter facies ſm ſuos inceſſus,ne frangas pãniculũ piæmatris, qui etiã adheret parietibus uentriculoꝝ. Et uidebis in iferiori parte uẽtriculoꝝ, ſiue in fundo,duas ſubſtãtias iã dictas rubeas uermiformes,cõtextas ex uenis, & arteriis a piamatre uenĩẽtibus,quæ uenaꝝ, & arteriaꝝ cõgeries tranſit ꝑ omnẽ inceſſum anterioꝝ uẽtriculoꝝ,circa anchas dictas,& iſtas uenaꝝ & arteriaꝝ cõgeries mõdinus & alii moderni uermes appellant,ut dixi ſupra.Quibus uiſis eſto memor,quod in ſectione pãniculoꝝ dure & piẹmatris te admonui,quod in diuiſione cerebri facta a duramatre in dextrũ, & ſiniſtrũ,ſub ipſo pãniculo diuidente,eſt pars cerebri,quæ mediat inter uentriculũ dexteꝝ, & ſiniſtrum,quæ pars dicit̃ a Galeno diaphragma cerebri, & eſt diaphana ſplendens, quã ſplendorẽ ut uideas,oportet ipſam ſubſtantiã paulatine extendere ſurſum eleuando ipſum,qm̃ eſt mollis, ne frangatur quã diaphaneitatẽ,cauſauit caliditas ſpirituũ in arteriis,quas arterias in uẽtriculis uidiſtis,qui ſpiritus præbent, hãc claritatẽ iſti parti ſubtiliori,quæ eſt ueluti paries dexteri,& ſiniſtri uẽtriculi. Vide etiã in iſtis cauitatibus ſuꝑfluitatẽ aqueã ibi dimiſſam ab aliis partibus cerebri, quæ expurgat̃ ꝑ quodã foramẽ ueniens a finibus iſtoꝝ uẽtriculoꝝ, quare dilatando dicto ſpecillo,procede,ut omnia diligenter cognoſcas.Sed id quod eſt magis dignũ annotatione,eſt q̃d ego ſemꝑ has cauitates inueni plenas,aut ſemiplenas dictæ aquoſę ſubſtantiæ,quæ aquoſitas eſt ſuperfluitas rationalis ipſius cerebri,cũ ſit mẽbrũ frigidũ & humidũ, nutriaturq; ſimili nutrimento.quare potius dicebis,& rationale eſt, qđ cũ natura unicuiq; mẽbro principali dediſſet propria loca

ad recipiẽdũ ſupfluitates,& uias ad extra pellẽdũ, huic etiã membro has cauitates ad ſuſcipiendas ſuperfluitates,& ad ipſas expurgãdas dedit,& in inferiori loco meatũ,ꝑ quẽ extra ducũtur poſuit. Et ideo melius,& rationi cõſentaneũ eſt ponere uirtutẽ,& opationes animę,ubi ſunt mẽbra detinẽtia inſtrumenta animæ, quæ mẽbra ſunt congeries arteriarum,quæ cõtinent ſpiritũ,qui ſpiritus eſt animæ inſtrumẽtum teſte Ariſtotele,& iſti ſpiritus tã in rete mirabili, qđ rete fit ex illis duabus arteriis aſcendẽtibus ad durammatrẽ, q̃ in illis arteriis qui in fundo horũ uẽtriculoꝝ ad formam uermiũ cũ uenis illis dictis ueniũt,exiſtũt. Neq; ſic dicere dictis antiquoꝝ ſane loquentiũ cõtradicimus,etenim natura non abũdat in ſuperfluis,neq; in neceſſariis deficit recte operando,quando poteſt plures utilitates ꝑ unam particulã impartiri,ſemper hoc facit quod etiam factũ fuit in iſtis cauitatibus,quæ ultra quod habẽt expurgare materiã aquoſam a cerebro ad alia membra.ſunt etiam loca in quibus ſunt inſtrumẽta animi & eoꝝ uirtutes, quæ inſtrumẽta ſunt ſpiritus q̃ in arteriis cõtinẽtur,quaꝝ arteriaꝝ partes tranſeũt per hos uentriculos tamq̃ per locũ cũ locus ſit neceſſarius ut has arterias cõtineat,in quibus ſunt ſpiritus operãtes uirtute animę,& inſtrumenta ſiue organa uirtutis,hic ſunt ſpiritus detenti in arteriis,neq; extra arterias ſpiritus inueniunt, qui ſpiritus(ut dixi)ſunt interioꝝ animę inſtrumenta. Nã anima nõ operatur ſine iſtrumẽto corporeo,& ideo qui ponũt uirtutes animæ ſine ſubiecto corporeo, mea quidem ſententia nõ rectę ſentiũt, qm̃ uirtus datur exterioribus membris per neruũ, ut eſt motiua & alie ſenſitiue, qm̃ ad neruos uirtutes animę mãdatur,quæ uirtutes principaliter ſunt in

ſpiritibus tãq̃ in primo organo & ideo nobiliores ſunt, qm̃ ſunt in primo & ꝓprio inſtrumẽto, de uirtutibus intellectiuæ animę aliter dicendũ eſt ex proceſſu libroꝝ Ariſtotelis de anima. ſed iſtis dimiſſis uide excarnãdo dilatãdoq; partes dicto inſtrumento, ubi eſt principiũ neruoꝝ opticoꝝ circa ſuã incruciationẽ, qm̃ ibi eſt foramen, per quod expurgãt dicte ſuperfluitates, ad cauitatem, q̃ lacunã uocant, quę lacuna eſt extra cerebri ſubſtãtiã, ad os baſilare, & deſcẽdũt ad palatũ. Sed ꝓcede eleuãdo ſubſtantiã cerebri, & dilatando partes dicto ſpecillo ligneo, qm̃ in extremo dictoꝝ uẽtriculoꝝ uerſus poſteriorem partem inuenies unã aliã cauitatẽ, paruam & oblõgam, & eſt ſituata ſupra dictã lacunam, ut ſuperfluitatẽ ad ipſam. ſ. lacunam mittat, q̃ cauitatẽ uentriculũ medium appellant. Et ibi prope inuenies conariũ ſm ſenſatam ueritatẽ, & eſt pars durior ꝓcedens cũ ſubſtantia cerebri diuerſa tamen in colore & duritie, & dicitur conariũ, qm̃ figurat. figura coni, locũ cuius conarii cognoſces ex cõcomitãtia uenaꝝ, quæ per ipſum traſeũt ad cerebrũ, uidelicet apodiatur ſuper conariũ in tranſitu, & eſt in loco ipſius uentriculi medii, q̃ partem duriorem conariũ dictam in acuitatẽ tendere uidebis, iſte medius uentriculus uidetur eſſe uia quedam, ſiue trãſitus ad alias partes cerebri, etenim parietes iſtius cauitatis ſunt gibboſi & fere ſe cõtangẽtes in mortuo, & Galenus has partes natas uocauit ut dixi ſupra, qui medius uentriculus an ſit bipartitus nec ne, ut quidã dixere, difficile eſt diſcernere ſenſu. Sed qui bipartitam hanc cauitatem ponũt habent talẽ rationem uidelicet, qm̃ procedit a uentriculis anterioribus, qui duo ſunt. Nota tamẽ quod in iſto medio uentriculo nulla reperitur cõgeries uenaꝝ aut arteriaꝝ, & ideo in

ipſo nõ erit aliqua uirtus animæ, ſed omnes animi uirtutes in anteriori pte cerebri, ubi ſunt ſpiritus in ſuis uaſis, rationi cõſentaneũ eſt ponere, & dicere quod iſte medius uentriculus eſt uia ducẽs ſupfluitates, ſicut alię cauitates huius humidiſſimi membri. Et ne ordo ſeccandi interrũpatur procede dilatando iſtum meatũ uerſus poſterius capitis, & uidebis quẽdã trãſitũ ad quãdam cauitatẽ deſcendentem uerſus ſpaciũ, quod eſt intermediũ cerebri anterioris iam niſi, & poſterioris, quod cerebellũ appellant, hoc igitur ſpaciũ multi crediderũt eſſe uẽtriculũ poſteriorem, quod nõ eſt rationale, etenim ſi recte inſpexeris, inuenies etiam aliã uiam procedentẽ ad cerebellũ poſterius, quę quidẽ uia tametſi parua ſit, & nõ reperiatur niſi ab expertiſſimo anatomiſta, tamen in omnibus eſt, & tranſit ad uentriculũ poſtremũ, tamẽ de huiuſcemodi uentriculis diuerſimode antiqui locuti ſunt, ſed locus ille inferius inter utrũq; cerebrũ eſt locus, per quem expurgatur tam medius, q̃ poſterior uentriculus, ſub quo inuenies uenas adherentes conario & procedẽtes ad ſubſtantiã piæmatris. quare ex uiſis potes ſcire os uentriculos potius ad ſuperfluitatum collectionẽ, & expulſionẽ fuiſſe, q̃ ad diuerſas animi opatiões, per diuerſas partes perficiẽdas, cũ in poſtremo uentriculo qui procedit in cerebello poſteriori nulla uenarũ aut arteriarũ inuenitur, ſed eſt pura cauitas, per q̃ expurgantur cerebri ſuperfluitates ad aliam dictã cauitatẽ. quare uides ex dictis uentriculos iſtos, uidelicet anteriores mediũ, & poſteriorẽ nihil primarię facere, ad animæ operationes, qm̃ in ipſis nõ ſunt ſpiritus ueluti in proprio receptaculo ut quidam crediderũt, ſed bene ſunt in arteriis, quę ſunt in anterioribus uentriculis, in quibus ſpiritus qui ſunt in arteriis ſunt

uirtutes animæ faciẽtes pro operationibus intrinſecis, quæ ſm̃ diuerſitates graduũ ſpiritus diuerſas animi operationes operãtur, & ideo iſti male opinati ſunt nõ ſciẽtes, q̃d ſicut locus proprius ſanguinis ſunt uenæ, ita & proprius locus ſpiritus ſunt arteriæ, non enim eſt reperire ſpiritus extra arterias præter q̃ in ſiniſtro uentriculo cordis, ſicuti ſanguinis extra uenas in dextero, adde etiã quod anima utitur uirtute in organo. Viſis uẽtriculis & maxime anterioribus ꝓcede eleuando ſubſtantiã cerebri poſterioris, q̃ cerebellũ appellant, quæ ſubſtãtia poſita eſt ſub anterioris cerebri ſubſtãtia, qm̃ pars anterior cerebri, q̃ uidiſti cooperit, ſiue eſt ſupra cerebelli poſterioris ſubſtãtiam, quæ cerebelli ſubſtantia durior & denſior eſt ſubſtãtia anterioris cerebri, & in colore magis obſcura, quæ habet cauitatẽ intra illã nõ paruam, dictam uentriculũ poſteriorẽ. Igitur cerebellũ circũdatur ambobus pãniculis, uidelicet dura & piamatre, ſicut anterius cerebrũ, & habet figurã rotũdam, cũ proceſſu in acutũ tendente uerſus foramen nucę, & ut dixi diuidit̃ a cerebro anteriori ꝑ duos pãniculos .ſ. per duram & piãmatrem. ſcinde igitur hos pãniculos, ut ſubſtantiã cerebri uideas, ſed antequam durãmatrẽ amoueas, uide duas uenas per ipſam ꝓcedẽtes, de quibus dictũ fuit, quod tranſeũt ad torcular, qm̃ in trãſitu ramificantur per durãmatrẽ, & apparent maxime in loco cõreſpõdẽti cõmiſſure lambde, ſed de trãſitu ipſoꝝ in torculari iam ſupra dictũ fuit, quando torcular ſiue cauitatem illã aperuiſti, procede. his uiſis eleuando panniculos cerebellũ inuoluẽtes ita ut poſſis cõmode ſubſtantiã cerebelli amouere, quæ ſubſtantia (ut dixi) differt in colore, & duritie a ſubſtãtia cerebri anterioris q̃ ſubſtantiã oportet paulatine eleuare cultro, ſi-

cut feciſti eleuãdo cerebrũ anterius, uidelicet per partẽ, poſt partẽ deſcẽdẽdo uerſus os baſilare, & hoc diligẽter, qm̃ in deſcẽdẽdo inuenies duas ſubſtãtias albas rugoſas, quoquo pacto rubẽtes, in ſubſtãtia diuerſa a cerebelli ſubſtãtia ad ſimilitudinẽ uermiũ ſepulcrorum, & ſũt uerſus nates, & nucã, & q̃ anterior eſt, & etiã in ſitu ſuperior, & poſterior eſt uerſus nucã, quas ſubſtantias Galenus uermibus in lignis naſcentibus aſſimilauit nono anatomicarum aggreſſionũ, iſtæ ſubſtantię tẽdũt uerſus anteriorem cerebrũ prope locũ natiũ quæ ſunt ubi uidiſti uenas adherentes conario, & ſub iſtis eſt uentriculus poſterior habens cauitatẽ notabilem, & ideo uide ipſam, qm̃ multi moderni ipſam nõ uiderũt qui uermes in ſua dilatatione (ut dicũt) faciũt ut ſpiritus retineãt, & in ſua cõſtrictione ſpiritus ingrediantur, ſiue liberi procedãt. Sed his uiſis ꝓcede eleuando reliquas partes cerebelli, qm̃ uidebis quãdam ſubſtantiam albam, quæ eſt ſub uẽtriculo poſteriori & eſt cõtinua cũ anteriori cerebro, ex qua cõtinuatione dicũt nucam ex anteriori, & nõ ex poſteriori cerebro procedere, q̃ ſubſtãtiam uidebis tranſire ad foramen nucæ, & cũ ipſa uniri, ſiue ipſam cõponere. Attamen nõ ſine uoluptate, ſpeculaberis, & ſenſu coadiuuante uidere poteris, nunquid ſubſtantia nucæ a poſteriori, uel anteriori ſubſtantia cerebri procedat, quod per uirtutes & ſenſatũ proceſſum tam ex anteriori, q̃ ex poſteriori oriri cõſenties. quare ex dictis habuiſti ſubſtãtiã q̃titatẽ, partes, figurã, & reliq̃ cerebri ſubſtãtię attributa, ut ſũt opatiões, & utilitates. ptes uero illę, q̃ cũ multis de anatomia ſcribẽtibus hic nõ coueniũt, iudicem uerũ deſiderant, nõ auctoritates, aut apparentes rationes, ſed uerus iudex eſt ipſe ſenſus, ueritas pria ẽ anatomica ſcientia in iſtis.

¶ De modo procedendi ad uidendũ proceſſum neruo‑rũ, qui a cerebro ſunt. Et de loco retis mirabilis, deq́ꝫ partibus oſſis baſilaris. Cap. XXXIX.

IAm multa uidimus, quæ nõ ita ab omnibus antiquis ſcribentibus enarrata fuere uidebis & in proceſſu plura, quæ digna ſunt admirationæ, quæ egẽt ſenſuum, & rationis bonitate, qm̃ nõ eo modo reperiũtur, ſicut quidam in multis poſuerũt. Primũ igitur, qđ nõ ſine admirarione uidebis, eſt par neruoꝝ deſcendentiũ ad nares, q habent manifeſtũ proceſſum, primum ibi apparent prope neruos opticos, & trãſeũt uerſus duas eminentias paruas ſimiles papillis mamillaꝝ, a qua ſimilitudine anatomiſtæ mamillares carũculas ipſas uocãt, q̃ carũculę occurrent, primo tibi ſi manibus paulatine reſiduũ cerebri a ꝑte anteriori eleuare incipies, hoc tñ leuiter facias, ne frangas duos iã dictos neruos deſcendẽtes ad nares, ut clare unuſq́ſq́ꝫ poteſt uidere, qm̃ procedũt a loco ꝓpe neruos opticos, & ueniũt uſq́ꝫ ad iſtas carunculas, poſtea deſcendunt per duos meatus ad nares, & figunt̃ in parietibus narium & ꝑ iſtos neruos fit ſenſus odoratus, neq́ꝫ hoc repugnat ueritati, tametſi Galen9 nono de uſu partiũ noluit has ſubſtantias neruos uocare, quod ſi quis recte inſtrumenta ſenſuum cognoſcet, quo nomine ĩpſe has ſubſtantias uocet, aliter quã neruos neſcio. Veꝝ de nominibus nõ ſit noſtra q̃ſtio, ſed uideamus nũquid ſubſtãtiæ iſtę ſint ſimiles ſubſtãtiæ alioꝝ neruoꝝ ſenſitiuoꝝ, & quidẽ iſtæ ſunt ſimiles, in ſubſtãtia, figura, & colore, reliquiſq́ꝫ, qm̃ ſua ſubſtantia ſimilatur cerebri ſubſtantiæ, in colore, & molliciæ, ſicuti ſimilantur nerui optici, & etiã illi, qui ad aures tranſeunt aſcendẽtes ſuꝑ anchas, ſeu natas cerebri in an

teriori uentriculo. Hæc eadē ſimilitudo eſt etiā cū dictis in figura, quæ rotūda eſt, extenſa, & oblōga, quod ſi ad opationes ſpectes, ita iſti ſunt inſtrumēta odoratus, ſicut alii uiſus, guſtus, & auditus, ſunt inſtrumenta, tam & ſi ut dixit Ariſtoteles. 2. de anima, guſtus ſit quidā tactus, & ideo iſti ſunt duriores, qm̃ guſtus nō ſit ſine cōtactu, qui materialior eſt, quapropter cū odoratus nō ſit multū materialis, ſed fiat a fumali ipſa euaporatione, nō eguit omnino forti iſtrumento, & ideo hos neruos natura molles creauit, ut ſuſciperēt uapores debiles, & ab ipſis imutarentur, ſed oculi habuerunt ualidiores neruos, qm̃ magis neceſſaria fuit uirtus uiſiua ad diuerſas rex differētias cognoſcendas. quare plurimū defatigant. ſimiliter, & nerui auditus patiūtur ab ipulſionibus aeris uerberati, & concuſſi uenientis ad aures. Et ideo melius eſt hos uenietes ad nares neruos uocare, ex dictis rationibus, & ſenſata demōſtrationæ, adito hoc, uidelicet quod & iſti per duo foramina in oſſe baſilari tranſeunt ad nares. Igitur iſte erit primus par neruox, qui deſcendit ad nares, ut uidiſti, qui nerui ſunt ſubſtantiæ, mollis, recipientes figurā dictā. Procede etiā eleuādo cerebri ſubſtantiā, & apparebit ſm par neruox ſenſitiuox, qui nerui ſunt ualde maiores prioribus dictis, & inter ſe cōplicati faciētes crucis figurā, & iſtos uocant neruos opticos, qm̃ ad oculos deſcendunt, & dant eis ſenſum uiſus. iſti etiā nerui ſunt molles, ſed nūquid iſta incruciatio ſit, ex tranſuerſali inceſſu ipſox, uel ex cōtactu ſint coniuncti difficile in homine & etiā in boue diſcerni poteſt, & uidentur ſēſum in magnis animalibus iſti nerui eſſe pforati, id qđ & ratio ſuadet in oībus aliis neruis, ut uirtus p eos deferat, prope iſtos uidebis tertiū par neruox, qui nerui ſubtiliores,

& duriores ſunt ualde, quoniam deſcendũt ad muſculos oculoꝝ, per alia foramina facientes ad motũ oculoꝝ, procede eleuando & apparebit quartũ par neruoꝝ ſecundum iſtã enumerationẽ, qui nerui per quãdã foramina a lateribus oſſis deſcendũt ad muſculos faciei, & habẽt ramos tranſeũtes ad quintũ, & ſextũ par neruoꝝ, ſecundum iſtã enumerationẽ, & cũ ipſis uniuntur, ſequere eleuãdo paulatine cerebri ſubſtantiã, & uidebis quintũ par neruoꝝ, qui nerui per foramina oſſis baſilaris deſcendũt ad diuerſas partes palati, & oris, poſt iſtos uide ſextũ par, qui nerui procedũt per ſubſtantiã cerebri anterioris ſuper anchas, ſiue nates, quæ ſunt in uentriculis anterioribus, & perforãdo os uerſus aures, ubi ſunt oſſa eminentiora, in quibus oſſibus reperiũtur malleola, & timpanũ facientia armoniã auditus ad aures, ſiue ad eius timpanũ. Deinde uide ſeptimũ par, quoniam iſti nerui ſũt duriores, & groſſiores aliis neruis motiuis & procedũt per foramina palati ad linguã, & per ipſam ſeminãtur. Vltimo loco eleuãdo cerebri ſubſtãtiã, uidebis octauũ par neruoꝝ, qui nerui deſcẽdũt ad muſculos linguæ, & capitis cãnæ pulmonis muſculos, & ſic ex dictis uidiſti octo paria neruoꝝ qui in cerebro ſunt, eo modo ipſos enumerando, ut ego enumeraui, uidelicet incipiẽdo primo a neruis, qui ueniũt ad nares. Neq; me in proceſſu iſtoꝝ neruoꝝ ad plura alia membra & ſuis in aliquibus cõiũctionibus diminutũ te exiſtimare uolo, cũ in tali modo procedẽdi eoꝝ proceſſus, & colligationes minime uideri poſſint, & ne nimis protrahatur ſermo, in preſentiaꝝ nolui ſuos proceſſus enarrare, cũ hincinde aliquid dicatur tã de eoꝝ cõiũctionibus, quam etiã de eoꝝ proceſſu in ſectionibus membroꝝ, ad quæ trãſeũt poteris aliquando eos uidere in excarnatis optime. Et maxime proceſſum neruoꝝ reuer-

ſiuoꝝ,

ſiuoꝝ,ꝗ nerui ſm iſtã enumerationẽ ueniunt a ſeptimo,& a quarto pari,qui in unũ cõiũgũtur, & procedunt ad muſculos colli,&c.ſed cũ in tali modo ſectionis iſti nõ demõſtrentur,dimittendi ſunt.Et uide,in cauitate,quæ eſt in parte inferiori poſt locũ neruoꝝ opticoꝝ,ubi ſunt foramina deſcendentia ad palatũ,& uidebis cõtexturã uenaꝝ, & arteriaꝝ in modũ retis,ex eoꝝ diuerſo inceſſu ſupra durãmatrẽ, quæ duramater adheret oſſi baſilari,& iſtud dicitur rete ſecũdinũ,& differt a rete mirabili,nõ ſolũ per locũ,uerũ etiã per uenas ingredientes in ſuam cõpoſitionẽ,etenim rete mirabile ex ꝑceſſu arteriaꝝ carotidaꝝ ſolo ſine uenis eſt, ſed qm̃ quãdoꝗ; uenæ in cerebri eleuatione diſſipantur, ideo iſtud rete nõ apparet,uel etiã,qm̃ uenæ ſunt exãgues,& ſic occultat̃,ſed poſt quã ipſum uidiſti amoue ipſum,annotato imprimis hoc,uidelicet ꝙ in iſtis uenis facta obſtructione ſomnus cauſatur & hoc fit aſcendẽtibus uaporibus craſſis ad cerebrũ uel ſanguine ingroſſato,aut infrigidato & fit etiam hoc facilius in ſanguine,qui citius ingroſſatur,ꝙ̃ in ſpiritibus,quo ſanguine ingroſſato,qui eſt ibi prope capita neruoꝝ obtundũtur eoꝝ uirtutes,& inde ſomnus cauſatur, ſed ſpiritus,qui in arteriis ſunt,nõ ita ingroſſant̃ primo,ſed in ꝓceſſu,& ideo fiũt uiſiones,& quãplurimæ animi operationes,quæ ob id fiunt qm̃ ſpiritus facientes pro uirtutibus intrinſecis habent ſuã latitudinem in ſuis qualitaribus,homine etiã dormiente,nã ſi ſpiritus obtũderẽtur ita ut exirent ſuã latitudinẽ tempore ſomni,dormientes ſine ſenſu,& motu eſſent,ut ſunt apopletici &c.ex dictis cognoſces utilitatem huius retis, ultra nutritionẽ cerebri.quare his uiſis,uide etiam cõpoſitionem retis mirabilis,locũ,& ſubſtantiã ex arteriis cõpoſitam,quæ

arteriæ procedũt ab arteriis carotidis aſcendẽtibus ad ipſũ cerebrũ ſolis, uidelicet ſine ſocietate uenarum, quæ arteriæ, cũ ſunt ad foramina colatorii, per foramina oſſis baſilaris tranſeũt ad intra oſſis baſilaris, & ibi ſpargũtur, ſiue ramificãtur inter ipſum os baſilare, & duramatrem. ſed melius eſt dicere ipſas arterias inter pãniculos ſiue tunicas procedere & cũ pars inferior duræmatris quæ ſupra os baſilare tenuis ſit uidetur quod arteriæ faciẽtes rete mirabile ſint ſupra os immediate & ſub duramatre poſite facientes cõpoſitionẽ ſubtiliſſimã retiformẽ, & ideo ipſum rete mirabile, ibi uidebis ſparſum ad maximã diſtãtiã, tã uerſus aures, quã uerſus poſterioris cerebelli locũ incipiẽdo a loco, ubi eſt incruciatio neruorum opticorum, & ut eũ uideas, procede ſic incide particulã oſſis ſub incruciatione neruorum opticorum prope duas iã dictas arterias carotidas per foramina oſſis baſilaris, quę ſunt prope foramina neruorum opticorum, & foramẽ colatorii, & hęc icißio ſit pauca, ita ut poſſis habilius durãmatrẽ excoriare, procedendo uerſus nucam, & inuenies ipſum rete mirabile inter durãmatrẽ ſiue inter tunicas duræmatris quæ adheret oſſi baſilari, quæ cõtextura mirabilis certe eſt, quoniam ex ſubtiliſſimis arteriarum ramificationibus cõponitur. Neque mirẽtur anatomiſte, ſi quãdoque nõ uiderint, hoc rete, quoniam quando ſunt inanitæ arteriæ ſpiritu rubeo, ſunt fere inſenſibiles, ſed appoſitis candelis, & oculariis, ſi uiſus nõ deſeruit, uidebis ſaltẽ proceſſus arteriarum ſubtiliſſimarum in modũ ſubtiliſſimorum uillorum, ſed quando ſunt plene arterię, iſtud rete apparet rubeũ, amplũ, & patens, & quoniam (ut dixi) ex inanitiõe ſpirituũ, quod ut plurimũ fit in morte, ſpiritibus ad cor retrocedẽtibus, quãdoque nõ ita patẽs eſt, ideo quidã auſi ſunt dicere hoc rete mirabile fuiſſe Galeni figmẽ

tū, ſed fortaſſe fuit hoc, q̄m ad eoꝝ manus non niſi corpora exinanita, aut habentia paruas, & anguſtiſſimas arterias de uenerunt, ſed propter hoc non oportet rationibus ſenſum negare, q̄m ex ſententia Ariſtotelis hoc arguit debilitatē in tellectus. Ego uero fateor, me pluries illud rete inueniſſe, o. ē diſſeq; aſtantibus, & quādoq; ampliſſimū, ita ut nullus poſ ſet eū negare, neq; idiota, ſed aliquando ita ipſum tenue in ueni, ut neq; ipſum amouere potuerim ex cauſis iam dictis, ſed ut melius retia iā dicta uidere poſſis optimū adminiculū erit, ſi i excoriatiōe colli uenas guidē tā manifeſtas quā occul tas, & arterias carotides ligaueris filo pri9 ſanguis, & ſpiritus ad ſuperiora deductus, ut in iſpexione uenaꝝ brachiis dictū eſt. Cūq; totā durāmatrē ab oſſe baſilari excoriaueris, quod nō ſine labore facies propter eius adherētiā, ex qua cōfirma tur, ꝙ etiā in craneo ſuperiori naturaliter ſit unita, uide os baſilare, in quo ſunt quāplurima foramina tū neruoꝝ, tū ue naꝝ, & arteriaꝝ, tū etiam expurgātia ſuperfluitates ad pala tū. inter quæ foramina, eſt foramē magnū per quod tranſit ſubſtantia cerebri ad cōpoſitionem nucæ, quæ nuca tranſit per foramina uertebraꝝ de quibus poſtea dicā. collige igitur ex dictis omnes dictoꝝ neruoꝝ differētias, & maxime in du ritię, & mollitię, q̄m nerui qui tātū ſenſitiui ſunt, & anterio res, iſti molliores etiā ſunt, ſed illi qui motiui, & poſteriores ſunt duriores prioribus ſunt, ſunt & quidam dictoꝝ neruoꝝ magis depreſſi, & nō ita rotūdi, ut ſunt nerui optici, & q ad nares, & aures tranſeūt perforato oſſe, q̄m etiā nerui ad na res ueniētes per foramina oſſis ad nares tranſeūt ut dictum fuit. quare etiam per iſtā differētiam nerui debent appellari quamuis ratio ſatis friuola ſit.

¶ De modo ſectionis partiũ oculoꝝ. Cap̄ XXXX.

A Nteq̃ ad diſectionẽ partiũ oculoꝝ (amota portione oſſis frõtis ſupra ip̄m oculũ iacẽte) deuenias, primũ qđ te nõ ſine utilitate inſpicere admoneo eſt, ut (ſi apparẽt) uideas uenas a guide cib9 ad frõtẽ ueniẽtes, quę uenę nõ ſeruãt ſemper eũdẽ ſitũ, & ꝓceſſum ſed q̃ñq; altiores, & aliquãdo depreſſiores apparent, & phlebotomantur in pluribus egritudinibus capitis ut dictum fuit ſupra. Vide etiam muſculũ frõtis, qm̃ eſt una ſubſtantia, quæ cum in medio nõ ſit ita expanſa, & a dextris, & a ſiniſtris magis ſit eleuata, lata & extenſa uerſus cõmiſſurã coronalẽ uidetur eſſe duo muſculi, ſed unus reuera eſt, & eſt tenuis ualde, hñs filamẽta ſm lõgitudinẽ ꝓcedentia, & inferius deſcendentia. quare qui incidunt apoſtemata frontis profunda aut cutem ſine apoſtemate, aliqua de cauſa, caueãt hic ſm latitudinẽ incidere, qm̃ hoc modo incidendo inciditur muſculus eleuãs ſuperciliũ, & cutẽ frõtis ſuperius neq; in iſto muſculo quærẽda eſt chorda, cũ ſit tenuis, & cuti admixtus, qui in eleuãdo cutẽ leuẽ nõ debebat multũ faticari, & ideo ſicut multi alii muſculi magni ſunt ſine chorda, in aliis mẽbris, qui nõ debebãt rem magnam, aut frequẽter mouere ita & fuit hic, ſed in paruis, qui aut frequenter mouent rẽ paruã aut difficillem ad mouẽdũ, aut durã in illis factæ fuerũt chordæ in extremo ut plurimũ, ſed in aliquibus in medio, & qm̃ cuidã nõ placuit hoc ut in lingua uidiſti, uidebiſq; in muſculis oculoꝝ ideo uidendi ſunt, ſed uellem ego, ſi uir ita doctus, & expertus, eſſet in humanis, ut ſibi ipſi nõ cõtradicens poneret nomẽ illi ſubſtãtie non carneæ, in capitibus, uel in medio muſculoꝝ iſtoꝝ, quos ip̄e dixit nõ habere chordas ſimpliciter, quare &c. Sed

ad ſectionē reuertēdo, poſtq̄ muſculū frōtis uidiſti, uide etiā ſuperciliū, & eſt extrema frōtis pars, ubi ſunt pili infixi, quæ pars pilata cilia dicitur ita a dextris ſicut a ſiniſtris, quæ partes cōtinuātur cū palpebris oculoꝝ, quæ ſunt tutamina ipſorū, & ueluti fores claudētes, & aperientes continuo, in quaꝝ palpebraꝝ extremitate ſunt pili infixi, ut tueātur oculos ab extrinſecis, & minimis, ut eſt puluis, & reliqua, hæc pars eſt ſatis nota. ſua ſubſtantia poſt cutem eſt membranoſa, & aliqualiter dura, neq; in homine eā chartilagineā dicere poſſū cū chartilago ſit media quedam ſubſtātia poſt os, in duritię, magiſq; dura q̄ neruus ſit. q̄re uide palpebras, quæ ſunt etiā molliores neruo, & habent muſculos cōfuſos, ſiue nō dixtinctos, ſicuti labia, qui mouent ipſas, ſed nūquid ſint duo uel plures dicemus quādo de reliq̄s muſculis in particulari opuſculo ſcripſero. cōtinuātur palpebræ, hoc modo, uidelicet ſuperior unitur cū pericraneo, inferior cū pāniculo tegēte inferiorē partem faciei, quæ quidē inferior pars, non mouetur niſi in conatu apertionis oculoꝝ. ſed uide in ipſa, q̄m ſunt q̄dā uilli carnei tenuiſſimi, cōfuſi uix pceptibiles. Procede igitur excoriādo iſtas palpebras, q̄m uidebis in caua oculoꝝ, in ambobus angulis foramina, & ſunt uerſus naſum, & ibi eſt quædā carūcula glandoſa retinēs ibi humiditatē. Et nota ꝙ per iſta foramina tempore planctus deſcendūt humiditates ſiue lachrimæ, ad nares, & ad palatū (ſi ſuperfluunt) unde ex clauſura ſępe materia ibi detenta, & ſupurata fiūt fiſtulę lacrimales dictæ, & etiam per hoc foramē in impoſitione colirii intra oculos deſcēdit coliriū ad palatū, & ad nares, & ſentit̄ ſapor ipſius, ſiue eius amaritudo, uel dulcedo. Eſt & aliud foramē ſuperius, per quod deſcēdūt humiditates a cerebro,

quibus partibus uiſis, utilitatibuſq; animaduerſis, incide os frõtis ſerra uſq; ad cauũ oculi tã ĩ una, q̃ in alia extremitate ut poſſis eleuar̃ os, ipſoq; eleuato, uidere ſubſtãtiã, & ſitũ oculi, quæ oculi ſubſtantia circũdatur muſculis ipſum oculũ mouẽtibus, ſupra quos, ut uidebis, eſt piguedo fouẽs ipſum oculũ, & eius inſtrumẽta, figura oculi eſt rotũda, circũdata ſeptẽ muſculis, in cuius oculi poſteriori parte uidebis neruũ opticũ tẽdẽtem uerſus pupillã, qui circũdatur unico muſculo, reliqui ſex ſubſtãtiã oculi circũdant & mouent. hic tamẽ eſt animaduertẽdũ, qm̃ Galen9 primo de motu muſculoꝝ dixit muſculos oculoꝝ nõ hẽre chordã, ſed terminare in quãdã mẽbranã nerueã durã. q̃re hic te iſpicere rogo etenim cũ fiãt chordę ex neruis, & ligamẽtis ueniẽtibus ad cõpoſitionẽ muſculoꝝ & iſta pars muſculi neruea, & mẽbranea habeat conditiones omnes chordaꝝ, tametſi nõ moueat oſſa, & maxime muſculus qui mouet oculũ circũuoluẽdo ipſum ego eã partẽ chordam appellarẽ, nam in omnibus eſt ſubſtantia manifeſta, q̃ chorda poteſt uocari, etenim habet & opationem ſubſtãtiã & locum chordæ, non multiplicando entia ſine neceſſitate, cũ maxime dixerit ipſe Galenus primo anatomicaꝝ aggreſſionum, ſe neruoſitates muſculoꝝ chordas appellare. Iſti igitur muſculi, dũ tranſeunt ad oculum, ſpargunt ſuas chordas ambiendo ipſum ſm̃ diuerſas partes. Motus uero oculoꝝ, quot ſint, quibus ipſe a muſculis uoluntarie mouetur, unuſquiſq; poteſt ex ſe experiri, & uidere in uiuente. hoc idẽ etiã in excoriando aliquos muſculos poteris uidere, annotando terminationes ipſoꝝ, & ipſos amouere, quibus amotis, uidebis ſubſtantiã oculi, quæ cõſtat ex quatuor pãniculis, qui poſtea per diuiſionẽ triũ ipſoꝝ, fiunt ſeptẽ (ut uidebis) & ex tri

bus humoribus,quas ptes ut uideas,uidelicet tā panniculos,
quos tunicas oculorꝫ uocāt,q̄ humores.ſcinde oculū in duas
partes,ſcilicet in añriorē,& poſteriorē,& hoc faciēdo ſectio
nē in medio.Primā igitur tunicā uidebis, quā coniunctiuā
uocant,qm̄ coniungit oculum cū palpebris ītrinſecus,& ab
ipſa palpebra intrinſeca procedit,quæ palpebre cū a panni
culo pomorꝫ faciei,& pericraneo oriantur,dicunt ſimplici-
ter tunicā coniunctiuā a capite oriri,ſcilicet a pericraneo,q̄
coniunctiua incipit in parte oculi, ubi eſt terminus tunicæ
corneæ dictæ,de qua tunica ſtatim dicā,ſed coniunctiua ter
minat a parte poſteriori,ad neruū opticū.uide ergo ꝙ con-
iunctiua nō cooperit totū oculū a parte anteriori, qm̄ ſua
groſſitie impediret uiſum.quare iſta eſt una ſola,quæ nō di-
uidit̄.Secūda tñ tunica diuiditur in anteriorē, & poſterio-
rē,& eſt diaphana,& dura, & ī parte anteriori uocatur cor-
nea,qm̄ eſt ſimillima cornui tranſparēti, cui correſpōdet in
poſteriori parte tunica,quæ ſclirotica uocatur, quæ non eſt
ita diaphana,ſed denſa,& obſcura,cōtinuata uera cōtinua-
tione cū ipſa cornea,attamē differt una pars ab alia, & in
ſubſtātia,& in colore.ſunt tamē qui ſclироticā cū coniuncti
ua uniri credunt.Et enumerando,primā oculorꝫ mēbranam
dicunt eſſe corneā,ſed hoc nō refert,qm̄ iſta ſenſu diiudican
tur,ex dictis habes duas tunicas,quarꝫ una diuiſa ī duas par
tes,pro tribus enumerātur.Nota tamen, ꝙ pars cornea eſt
minor,quā ſit pars quæ ſclirotica dicitur, iſta tunica oritur
a duramatre,& ideo dura eſt. poſt iſtā tunicā eſt tertia tuni-
ca circundans totū oculū,& eſt diuerſa in colore, etenim in
omnibus nō eſt unius coloris,quod potes in uiuentibus ui-
dere,qm̄ nō omnes habēt unū colorē oculorꝫ, ſed diuerſum

nã quidá habent colorẽ oculi nigricantẽ,quidam lazuli co-
loris,& de aliis quare &c.nota etiã quod iſta tunica eſt pfo-
rata ꝑpter trãſitũ ſpiritus,& ſimilatur grano uuæ, quę pars
perforata pupilla eſt,& a parte iſta anteriori uocatur uuea,
ꝓpter ſimilitudinẽ dictã. pars uero poſterior correſpõdens
uueæ uocaẽ ſecũdina,& ẽ cõtinua cũ ipſa uuea,neq; iſte, par
tes differunt multũ in ſubſtãtia,neq; in colore, attamẽ pars
poſterior,quæ ſecũdina dicitur,eſt tenuior uuea, & ſic diui-
dẽdo etiam iſtam tertiã tunicã in duas, uidiſti quinq; tuni-
cas oculoꝝ,& iſta tunica oritur a piamatre. Scd poſt iſtã ter
tiã tunicã inuenies humorẽ albugineũ circũdantẽ totũ ſpa
ciũ intermediũ iſtius tertiæ tunicæ,& quartæ ſtatim dicen-
dæ,qui humor ĩ anteriori parte clariſſimus eſt, & magis ſub
tilis,quã in parte poſteriori,ex qua differẽtia nõ deſunt,qui
hunc humorẽ in duos diuidat humores,quod nõ refert.Poſt
iſtũ humorẽ eſt quarta tunica,quæ continet duos humores,
uidelicet uitreũ,& cryſtalinũ,iſta tunica in anteriori parte
eſt ſubtilis,clara,& dẽſa,& uocatur aranea,propter ſuã ſub-
tilitatẽ,ſed in parte poſteriori dicitur retina,qm̃ eſt rara ad
modũ retis,& nõ ita clara,q̃ tunica,ut in aliis feciſti, diuiſa
pro duobus enumeratur,& ſic uidiſti ſeptẽ denominatio-
nes tunicaꝝ ſm diuerſum ſitum,& ſubſtantiã.iſta igitur ara
nea,& retina cõtinet duos humores,ut dictũ fuit,nã humor
qui eſt in anteriori parte,dicitur cryſtalinus,ꝓpter eius ex-
cellẽtẽ claritatẽ. ſed humor,qui in poſteriori parte eſt,dici-
tur uitreus,qm̃ ſimilatur uitro liquefacto, & ſua quantitas
eſt maior,quã ſit quantitas cryſtalini,ſed eſt mollior cryſta-
lino.quare epilogando uidiſti ex narratis oculũ cõpoſitum
ex quatuor tunicis,ex quibus tres diuiduntur,ad ſex partes,

& ſic

& ſic ſunt tunicæ ſeptē, uidiſti etiā tres humores, ſed ſcire nū quid diſſeminatio nerui optici cauſet quartā tunicam, difficile eſt cognoſcere in iſto modo ſectionis. quare hęc ſatis dicta ſint cum per ea ſubſtantiam, figuram, partes, & earū utilitates potes intelligere.

¶ De diſſectione aurium, naſi, & ſuperiorū maxillaꝝ, una cum oſſe baſilari. Cap. XXXXI.

V Ide etiam ſubſtantiam auriū, ipſas excoriando, tametſi ipſæ aures pateāt, etenim ſua ſubſtantia poſt cutē chartilaginea eſt, cū quibuſdā tenuibus inceſſibus carneis, & in parte inferiori eſt particula, quę ſine chartilagine tota carnea eſt. quare cū auriculæ hominis non moueantur motu uoluntario, & in multis aliis, animalibus uidemus eas moueri, & ad eas quoſdā muſculos tranſire, ideo nō ſine conſideratione hanc partem tranſibis, uide etiā ipſam, qm̄ caua eſt, & in eius ꝓfundo eſt foramē tortuoſum, quod tendit ad os perforatum, & in directo auris poſitū, & hoc foramen tranſit intra os, ubi eſt cauitas quedam rotūda, quantitatis unius ungulæ, & iſta cauitas tegitur a quadam mēbrana ſubtili dura, in quo loco dicūt contineri aerem cōplanctatū, ad ſuſcipiendas uoces, ſupra quam membranā intus ſunt duo oſſicula ad modū malleoꝝ timpani, & ideo iſta oſſicula malleolos uocāt, & ſunt mobilia, & adhærentia, & mouētur ad motum dictæ membranæ, quam etiam membranulā, grecos imitantes, meningam appellant. Videbis igitur iſtū motum ſuo loco, quoniā cognoſces ex motu dictoꝝ malleoloꝝ cauſari, ſonum, ſiue cōſonantiam quādam, unde fit auditus. Quod ſi huiuſcemodi malleolas, & meningam inuenire uolueris. Nota quod a lateribus cauitatis cranei ſupra os baſila

[library stamp]

re,ubi correſpōdēt exterius aures,ſunt duæ eminentiæ oſſeę, una a dextris altera a ſiniſtris, quas eminentias oſſeas opor-tet diligenter ſcalpello incidere,ne intrinſecę partes frangan tur, quæ ītra cauum oſſis ſunt, & ſic eleuato oſſe apparebūt iſta oſſicula iacentia ſupra meningam, timpanū aliter dictā, quæ quidem meninga,ut dixi, correſpondet foramini auris in oſſe exteriori,hæc uero oſſicula, & eoꝝ utilitates non co-gnouerūt antiqui,quod ſi Ariſtotelē undecima particula ꝓ-blematum dicentem auditum eſſe quandam loquelam,hanc intrinſecam cōſonantiam nō latuiſſe dixeris,eius ingenii bo nitatem laudabis.quare iſti malleoli uidendi ſunt,qm̄ his ui-ſis ſapientiam creatoris admirabilem admirari non diſiſtes. Vide etiam diligēter anfractus oſſis intrinſeci,ubi facta fuit inciſio,qm̄ uidebis neruū tranſeuntem per ſubſtātiam oſſis ad timpanū. quare ex uiſis,auriū ſubſtantiā, & partes circū-iacētes annotare potuiſti,nō ſine admiratione,quibus dimiſ ſis,accede ad excoriandum cutem naſi,qui naſus incipit a ca uitate,quę eſt infra ſupercilia,& procedit uſq; ad labiū ſupe-riorem,& conſtat ex duplicis ſubſtantia,ultra cutem & carnē uidelicet oſſea & chartilaginea,quæ pars oſſea īcipit ſub oſ-ſe ſupercilii,ubi eſt cōmiſſura quędam ſerratilis,per quā uni-tur,& procedēdo terminat in chartilaginem,quę chartilago incipit in medio ſm longitudinem. prætereа naſus conſtat ex duabus partibus,ſcilicet ex dextera,& ſiniſtra, quæ quidē ꝑtes ſunt etiā diuiſæ realiter, & iſte ꝑtes ſunt caue uſq; ad os baſilare,ubi ſunt duo foramina correſpondētia duabus caui tatibus,& hoc,ut per ipſas attrahantur odores,& aer, & etiā ad expurgādas cerebri ſuperfluitates, etenim oſſea pars diui dens os naſi procedit uſq; ad palatū, poſtea ſubſtantia char-

tilaginea diuidit reliquam partem. uide etiam, qm̄ oſſis ſub-
ſtantia naſi ſeparatur per commiſſuram etiã ab angulis ocu
lorum in quibus ſunt foramina trãſeuntia ad nares, de qui-
bus dictum fuit in anatomia oculoꝝ. Sed in naſi excoriatio
ne oportet diligenter procedere, qm̄ ſunt muſculi tenuiſſimi
qui non ſine labore dignoſcuntur, cũ ſint uniti cum ip̄a cute
unitione fere inſeparabili, & tendũt uerſus poma faciei. iſti
muſculi mouent nares, ſiue extrema inferiora naſi. Pręterea
naſus intra tegitur panniculo ſubtili, in quo ſeminantur ue
næ, quæ quandoq; intumeſcunt, & cum rũpuntur maximũ
ſanguinis fluxum faciunt, iſtæ uenę procedunt a guidecibus
quæ ad cerebrum aſcendunt, hæc ſunt partes ſubſtantia for-
ma colligantia, utilitates, & reliqua naſi. quibus uiſis pro-
cede excoriãdo poma faciei, & uidebis duos muſculos dictos
qui ſunt uniti cũ ipſa cute, uidelicet unũ a dextris, & alterum
a ſiniſtris, cooperientes oſſa, quę dicunt̃ poma faciei, & ſunt
quoquomodo rotunda, & ſub cauis oculoꝝ neq; cõtinua cũ
ipſis, ſed bene contigua cũ oſſibus inferioribus oculi. iſti mu
ſculi non ſolum mouent cutem, & partes facientes poma fa
ciei, uerum etiam, & labium ſuperius erigẽdo mouẽt, ad quẽ
motum muſculus frontis cõcurrit, quapropter nõ defuerunt
credentes iſtos muſculos eſſe partes muſculi frontis uſq; ad
hanc partẽ ſeminati, quod non eſt, qm̄ iſti muſculi ſunt ſepa
rati a muſculo frontis, tametſi hoc non niſi experto anato-
miſtæ, ſit notum. neq; inconuenit, ſi concurrat muſculus frõ
tis ad iſtos alios motus, cũ ſæpe natura hoc in aliis partibus
corporis fecerit, uidelicet ꝙ membrum aliquod ultra ꝓpriũ
officiũ coadiuuet alterũ. Vide etiam, qm̄ iſta oſſa coopiũtur
panniculo cõmuni totius faciei. In parte uero inferiori oſ-

ſium pomoꝝ, & ſub oſſe naſi, illa pars dicitur mandibula ſu-
perior, correſpondens inferiori mandibulæ, & habet dentes
equiualétes dentibus maxille inferioris, qui ſunt infixi in ca
uis ipſius mandibulæ, de quibus dictum eſt, ubi de mandi bu
la inferiori ſcripſi. Et iſta maxilla conſtat ex duobus oſſibus,
ut uidere potes per commiſſuram manifeſtam, quę eſt ſub fo
raminibus narium. Vide etiam in parte interiori iſtius man
dibulæ, qm̃ ſunt duo muſculi quos maſticatorios uocant, &
ſunt intra maxillam, qui mouent mādibulam inferiorem in
maſticatione. Sed muſculi exteriores, qui a temporibus de-
ſcendunt, & uocantur temporales, quos uidiſti, mouent mā-
dibulam inferiorem, contrahendo eam ſurſum. ſed his uiſis,
reuertere ad uidendum inferiorem partem cranei, quæ eſt ba
ſis ſubſtentans ipſum cerebrum, & ideo uocant ipſum os ba
ſilare. Et primum, quod te annotare oportet eſt eius ſubſtan
tia uſq; ad palatum, quæ non eſt cōtinua, ſed ex pluribus par
tibus duris, & pforata pluribus foraminibus, ut ſupra dictū
eſt. In parte uero anteriori uerſus nares, eſt quędam pars ſpō
gioſa, & hoc ut ibi humiditates a cerebro deſcēdentes ingroſ
ſentur, & per nares, & palatum extra pellantur, & a parte po
ſteriori eſt pars denſa magis, & dura. ſed qm̃ diuerſimode oſſa
componentia os baſilare enumerantur, ideo, ita oportet ip-
ſa enumerare, uidelicet in anteriori parte oſſa ſuperiora caui
tatum oculoꝝ, qm̃ ſubſtentant in illa parte cerebrum. Atta-
men oſſa petroſa lateralia inter baſilaris oſſis partes nō enu
merabis, ut Mōdinus enumerat, qm̃ nō ſunt ptes baſis, ni-
ſi largiſſimo modo, ſed bene enumeranda ſunt oſſa, ubi ſunt
foramina deſcendentia ad nares, & ſunt poſt foramina ner
uorum opticorum, & ibi prope eſt foramē colatorii, ducens

ſuperfluitatem ad palatum, ſimiliter os perforatum forami ne amplo, per quod tranſit nuca, enumerabis, quoniã eſt cõ tinuatum cum oſſe lãbde per ſuam commiſſuram. enumera bis etiam duo oſſa ſagitalia, ſæpe ſupra nominata, quæ ſunt poſt aures, & duo oſſiola oblonga, quę ſunt poſt iſta, & tēdũt uerſus foramẽ colatorii. ſed quia iſta notiſſima ſunt, & in ci= miteriis ſemp uideri poſſunt, ideo hæc dicta ſatis eſſe uolui, qm̃ ſatis dixi de tribus præpoſitis uẽtribus, ſcilicet inferiori, medio, & ſuperiori. quare ut etiam ad alias partes introduca ris, poſtq̃ uidiſti hæc omnia, incipe per ſectionẽ reliquas par tes corporis aliquo modo inſpicere, dico hoc, qm̃ nõ poſſũt in ſubiecto ita lacerato perfecte omnes partes uideri.

¶ De diſſectione reliquarum partium corporis, & primo de brachii & manus anatomia. Cap̃. XXXXII.

Ultra tres uentres, quos a principio enumerabamus extrema etiam mẽbra enumerata fuere. Ideo ut re= liqua, quę ad introductionis modũ ſectionis, & alia etiam membra ſm iſtum ordinem uidere poſſis, incipe impri mis excoriare brachia diligẽter, quoniam, ut dictum fuit in aliis partibus, poſt pinguedinẽ, ſi erit pinguedo, uidebis pan niculũ carnoſum, ſiue totius corporis inuolucrũ. Sed quod te imprimis annotare uolo, eſt ꝓceſſus uenarum ad ipſum bra= chium uenientiũ, & q̃quam, de ipſis dixerim in ſectione ue= næ chilis aſcendentis, tamen hic etiam ad iuuenum, & phle= botomãtium clariorem doctrinã nõ pigebit aliqua repeten do dicere. prima earum quas te iterum uidere admoneo, eſt baſili ca, q̃ p ſub aſcellas ꝓcedit ad ĩferiorẽ domeſticã ptẽ brachii, & in curuatura cubiti magis apparet, quæ quidẽ uena rami ficatur, etiã ad ſiluestrẽ partẽ. Vide etiã cephalicã quę uenit

a uena quidem aſcendente ad caput,& mittit ramum proce
dētē etiā per domeſticā brachii partē ſuperiorē,& ut in plu-
ribus uſq; ad digitū pollicē directe procedit.dico hoc,qm̄ in
aliquibus nō directe procedit,& apparet magis,& manife-
ſta in curuatura brachii,&prope digitū pollicē.ſed notabis
q; uena dicta cephalica prope curuaturā iuncturæ mittit ra
mum,qui ramus unitur in proceſſu ſub iunctura aliquādo,
cū uno ramo uenæ baſilicæ,& aliquādo cū ipſa uena baſili-
ca,& in iſta coniunctione uocatur uena cōmunis,in qua ue
na phlebotomātes noſtro tēpore ſæpe decipiūtur accipien
tes ramū,quandoq; cephalicæ,& quādoq; baſilicæ in curua
tura brachii pro uena cōmuni.quare uide,quomodo uena
cōmunis fiat ex duabus dictis. Vide etiā eius locū,qui talis
eſt,ut in pluribus,ne decipiaris,qm̄ rariſſime iſta coniūctio
fit in curuatura,ſed fit per tres,aut quatuor digitos infra iū-
cturā,& minus etiā.ſed de iſtis latius dixi ubi ſcripſi de uena
chili aſcendēte.igit̄ ſi reliquū proceſſum dictaꝝ uenaꝝ deſi-
deras clariorē,ibi lege. qm̄ uidebis ambaꝝ uenaꝝ pceſſum
uſq; ad manum,una quaꝝ uenaꝝ procedit ad ſilueſtrem par
tem manus,& eſt baſilica,quæ phlebotomatur cōmuniter,
inter anularē,& minimū digitum ſub nomine ſaluatellæ.al-
tera,quæ cephalica eſt,procedit,ut dictū eſt,uerſus pollicē,&
ibi inter pollicem,& indicem etiā phlebotomatur ſub ipſo
met cephalicæ nominæ.ſūt & aliæ ramificationes ad diuer-
ſos muſculos brachii,quas uidebis ad libitum,ſic etiā ramifi
cationes,quæ in manu ſunt,potes uidere.uideq; proceſſum
arteriæ cū uena aſcelari una cū neruo ſub ipſa arteria,ita ut
hæc tria ſe cōcomitantur,ſcilicet uena ſupra arteriā,& arte
ria ſupra neruū,qui neruus notabilis eſt,& procedit ad ma-

nus,& ramificatur ad omnes digitos, & nõ ſolũ ad digitos, ſed alias partes brachii, uidelicet ad muſculos. ſic etiam uidebis arteriã mittere diuerſos ramos, ſicut & uena mittit, ſed nõ ſemper ramos mittit arteria, ubi uena ramificatur. quare hęc ſatis. Sed poſtq̃ uidiſti ꝓceſſus uenaꝶ, arteriæ, & nerui, uide etiam muſculos cooperientes os adiutorii brachii, qui mouent & ipſum, & alias etiam partes, & ueniunt a partibus ſuperioribus, uidelicet a parte anteriori pectoris, & etiã a parte poſteriori, & ſcapulis qui ſunt diuerſi in quãtitate & figura, & mouent motibus diuerſis, q̃m aut eleuãt, aut deprimunt, uel incuruando, aut extendendo, etiã ad unã, & aliam partẽ circũuoluendo, & iam de aliquibus dictum fuit in anatomia uentris medii. & tu potes aliquos motus uidere experiendo, ut etiã dixi, trahendo chordã per partem carnoſam, & ſic uidebis quomodo mouent per chordoſam partem, dico de illis qui habent chordas, q̃m (ut dixi) chordæ nõ ſolum datæ ſunt muſculis mouentibus oſſa, uerum & aliis. & ideo ꝓpria & principalis cauſa cur muſculis datæ ſint chordæ non eſt, q̃m debebant mouere oſſa tantum, ſed datæ ſũt chordæ muſculis illis, qui habent, & aſſiduam, & laborioſam operationem, quod cõprobant muſculi uentris, qui nõ erigunt oſſa, & tamen terminant in chordas. quare in enarrando utilitates, & cauſas partium mẽbroꝶ oportet eſſe memorem, cum melius ſit dicere, ꝙ chordæ fuerunt datæ muſculis, ubi plurimum laborant in motu, ſiue fuerit ratione magnitudinis mẽbri, ſiue duritiei, aut frequẽtis motus, uel quouis alio modo, ut dixi etiã in anatomia uentris inferioris. ſed ut ad aliquam muſculoꝶ brachii introductionẽ uenias, Nota ꝙ ex dictis iam muſculis eſt muſculus deſcendens cooperiẽs

iuncturam adiutorii & tranſit ſuper alios, & habet chordã latam deſcendentem fere per totum brachium, per quẽ fit motus circumuolutionis. Notabis etiam terminationes aliarum chordarum muſculorum uenientes ad cubiti iuncturã. & ex iſta annotatione ſcies, cur ſit quod uulnera iuncturarum ſunt pernicioſa, & facientia ſpaſmum, ſiue conuulſionẽ. Sed poſtq̃ uidiſti, & numerũ, & reliqua dictorũ muſculorũ, uide etiã alios muſculos cooperientes focilia, quæ focilia ſunt duo oſſa, quæ imediate poſt os adiutorii procedũt uſq; ad manum. Et iſti muſculi cooperientes focilia ſunt plures, & mouent non ſolum focilia ſed etiam manus & digitos diuerſis motibus. Neq; decipiaris in muſculis habẽtibus plures cordas, quæ procedunt uſq; ad digitos manus, & mouẽt ipſos, tam claudendo, q̃ aperiendo. etenim muſculus intrinſecus, qui atrahit manũ inferius & claudit digitos manus, eſt unus, & incipit ad iuncturam intrinſecã cubiti, & terminat in quatuor chordas quæ plurificantur mouentes, ut dixi manum, & digitos, & claudit, & deorſum trahit ipſam manum. Et ſunt alii muſculi in parte ſilueſtri, qui eleuant manum, & digitos, & incipiunt ad iuncturam cubiti in parte ſupiriori per partem carnoſam, & terminant in quatuor chordas procedentes ad digitos manus, & eleuant ipſos, ſiue aperiunt & eleuant manum. quare te admonere nõ deſſiſtam, ut uideas hoc muſculos, propter uarietatẽ enumerationis doctorũ de ipſis ſcribentium, qm̃ qui enumerant muſculos per numerũ cordarũ, iſti plures ponũt in iſta parte muſculos, qui uero enumerant ipſos muſculos per ſubſtantiam carneam, & eius originem, iſti pauciores ponunt muſculos. Tu uero uide, & enumera ipſos, ut poſtquã ſcieris hoc ſine heſitatione dicas unũ

muſculũ

muſculum plura membra mouere, aut carnoſitates plurium muſculo⁊ in unum uenientes, unico mouere motu. ſed quod & pulcherrimũ eſt uidere, & nõ ſine dei optimi benedicti maximis laudibus, eſt cõpoſitio ipſius manus, ſiue inſtrumẽto⁊ mouẽtium ipſam manũ. quare ipſa diligenter excoriata, dico diligenter, qm̃ iſta excoriatio difficillima eſt. primo uide, quatuor chordas dicti muſculi, quæ per domeſticã partem brachii ad manus tranſeunt, & unitæ, & cooptæ unico pãniculo, uſq; ad iuncturã raſetæ, ſiue ad brachialẽ. & poſtq̃ tranſeunt iſtam iuncturã, diuiduntur ſm inceſſum quatuor oſſiũ pectinis, correſpõdentiũ quatuor digitis, ſcilicet, indici, medio, anulari & minimo, & iſtæ quatuor chordæ, ꝑcedũt uſq; ad ſecundã iuncturã quatuor digito⁊, ibiq; uniunt̃ oſſibus. Sed a prima ꝑcedũt chordæ ꝑforantes iſtas chordas, q̃ figũtur in ſecũda iunctura ꝑ ligamẽtũ cooperiẽs ipſas chordas, & per illa foramina tranſeunt ad tertiã iuncturã digitorum mouentes ipſas, & uniũtur cũ ſummis extremitatibus oſſiũ digito⁊, & ita uidebis qđ chordæ q̃ mouent primas iuncturas, mouent etiã tertias. Iſtas tamẽ ꝑforationes, & coniunctiones chorda⁊ mirabiles non poteris inſpicere, niſi prius inciſis tegumentis mẽbraneis, has chordas per totã manũ, & digito⁊ proceſſum cooperientibus, quæ inciſio fiat ſm lõgitudinẽ. Hoc coopertoriũ mẽbranũ eſt, illudq; ad libitum nominare relinquit Galenus primo anatomica⁊ aggreſſionũ, ſcilicet, aut mẽbraneũ, ſiue ligamẽtale, ſiue mẽbraneũ ligamentũ, uel tunicã membraneã nominabis nõ incongrue erit, etenim eſt membrũ diſtinctum a chorda, & neruo, fungens officio ligamẽti pro parte, & pro parte mẽbraneę officio cooperiendo, ut ſenſu uidebis. quo uiſo, uide etiã diſſemi

nationes neruoꝝ inter digitos, quæ ueniunt a neruo magno iam dicto uſq; ad eoꝝ digitoꝝ extremitates, ibiq; cum quadã caruncula admiſcent̃, ex qua mixtione ſequitur ſenſus tactus in extremitatibus digitoꝝ nobiliſſimus, & tẽperatiſſimus. Vide etiã chordas procedentes ad digitos in parte ſilueſtri erigentes, & aperiẽtes manus, quæ a duobus muſculis ꝓueniunt, qui ſunt in ſilueſtri parte brachii, ſicut dictũ fuit. ex quibus quatuor chorde prouenietes ab uno muſculo mouent indicem, medium anularem, & minimum digitum, ſed chorda quæ mouet anularem ramificatur ad digitum minimum, qui digitus habet unam aliam chordam, quæ procedit etiam ab uno tãtum muſculo, ut uidiſti. ſed indes habet aliã chordam uenientem a focile maiori orientem circa mediũ ipſius, & eſt tripartita. Vide etiam motum digiti pollicis a chordis quæ eleuãt ipſum, & muſculos ipſaꝝ, qui ſunt in brachio in parte ſilueſtri in medio focilis maioris, & mouent erigendo, & etiam trahendo pollicem uerſus indicem. ſed chorda, quæ eriget, & mouet elungando ab indice ꝓcedit ab alio muſculo qui eſt in medio focilis minoris a parte intrinſeca, etenim clauſio digiti fit a duobus muſculis paruis procedentibus a uola manus, unus quoꝝ procedit ſm̃ digiti longitudinem, alter uero tranſuerſaliter ſuper raſetam & pectinem tẽdit ad ipſum pollicem, ſed depreſſio fit ab uno muſculo ueniente a iuunctura cubiti. ſunt etiã quamplurimi alii muſculi mouentes digitos, quos (ut ſim breuis) enarrare dimitto, et enim de omnibus ſcribam ſi deus uoluerit pro uiribus, tu tamen ſic a me manuductus, uide non ſolum a me annotata ſed alia quæ uideri poſſunt.

¶ De ſectione cruriũ, & pedũ. Cap. XXXXIII.

ANtequam ad excoriationē crurium uenias, potes ſi quæ dimiſſe ſunt partes in dorſo, ipſas excoriare & earū ſubſtantiam, quātitatem, numerum, colligātiam, & reliqua annotaræ, poſtea procede excoriādo totam cutem a cruribus, & pedibus, & incipe uidere ſub ipſa, q̄m ut ſępe dictum eſt poſt pinguedinem, ſi pinguedo erit eſt pāniculus carnoſus, ſiue totius corporis inuolucrum, qui panniculus eſt continuus cum illo qui primo uiſus eſt in uentre inferiori & tegit totum crus uſq; ad extremum. quo uiſo, uide proceſſum uenæ chilis deſcendentis, & arteriæ aorti, tam etſi in anatomia uenæ chilis de ipſis ſcripſerim. Etenim prodeſt iuuenibus talia aliquando repetere. Vide igitur primo uenam, quę tam in uno, quam in alio crure procedit per partem domeſticā, ubi ſunt loca dicta inguina, ſiue epatis emōtoria, ad coxas, & tendit uerſus iuncturam poplitis, ſiue ad partem poſteriorem iuncturæ genu. ſed antequam ad ipſam iuncturam ueniat, in proceſſu mittit plures ramos ad muſculos coxe, tam interiores, quam exteriores, ſed inter ceteros, uide ramum notabilem tranſeuntem ad muſculum exteriorem tegentē iuncturam ſiæ, qui ramus ramificatur ad plures partes circa ipſam iuncturam ſiæ, ſed uena magna cū eſt ſub poplite, bipartitur, ſiue tripartitur, ex quibus partibus ramus intrinſecus deſcēdit per partem domeſticam uſq; ad clauiculā, & procedit uerſus digitū pollicē, ſed deſcendendo in eius ꝓceſſu mittit plures ramos ad muſculos cruris, & iſta uena uocatur ſaphena, ſed alius ramus ex tribus tranſit per ſuram, deſcendendo uerſus ſilueſtrem partem uſq; ad clauiculam, & procedit uerſus digitum minimum, & in proceſſu, tā in crure, quā in pede mittit ramuſculos hincinde. & iſta ue-

na uocatur ſiatica, quæ phlebotomatur in dolore ſiatico, & confert rationabiliter, qm̃ uena chilis deſcendens in coxa, quæ mittit ramum ad muſculũ iuncturæ ſię, eſt magis directa huic parti q̃ aliis, & hinc eſt quod phlebothomia iſtius uenæ euacuat ab ipſa iunctura, & confert, qui uenæ ramus nõ fuit notus multis antiquis. poſt iſtam uenam uide tertiũ ramum, qui eſt in medio dictorꝝ ramorꝝ, ſcilicet inter ſiaticã, & ſaphenam, qui procedit deſcendendo uſq; ad pedem, ſiue ad talum, & ibi ramificatur ſub planta pedis. Non dimittas tñ notare, primo in coxis, & in inguinibus ꝓceſſum arterię aorti deſcendentis, & concomitantis ipſam uenam, & nerui etiam proceſſum ſm̃ iſtum ordinem, uidelicet uena ſuperior eſt, arteria ſub ipſa uena iacet, poſtea neruꝰ ſub ipſa arteria procedit. & iſta concomitantio non eſt ſecundum omnem uenæ proceſſum, qm̃ ut dictũ fuit alias, arteria non eſt ſine uena, ſed non econuerſo, qm̃ ſæpe uena eſt ſine arteria. quibus uenis, arteriis, & neruis uiſis, uide etiam muſculos, tam coxæ, quam cruriũ, & primo, uide ad partem ſilueſtrem coxe muſculum procedentem ab anca habẽtem chordam latam deſcendentem uſq; ad crus a parte ſilueſtri ſub iunctura genu, qui muſculus mouet motu oblico totum crus, & iſta corda eſt ampla, lata ad ſimilitudinem membranæ. Vide etiam in domeſtica parte muſculos deſcendentes per coxas, & terminantes ſub iũctura genu, per quatuor digitos in chordas rotundas, & latas, & etiã muſculus duos terminantes in unã chordam anteriorem, qui deſcẽdit ad rotulam, & unitur ipſi per chordam, quæ magna eſt ita ut poſtquã alligauit rotulã deſcendit ſub genu, & adheret os tibiæ, & una cum aliis ligamentis faciunt adherentiam rotule cõſeruantem iuncturã.

uideq́;,& alios,qm̃ non oẽs enumerabo hic.hęc enim inſpe ctio eſt utilis ualde tam in uulneribus, quã in cõtorſionibus & doloribus podagricis,qm̃ quando materiæ imbibũtur cir ca iſtas chordas,ſua extẽſiõe,& qualitate cauſant maximos dolores,& in uulneribus, & aliis egritudinibus neruorũm, ſpaſmum.poſt iſtos,uide etiam muſculos,qui per focilia de- ſcendunt cooperientes ipſa, & facientes ſura, & mouentes pedẽ. inter quos notabis muſculos habentes quatuor chor- das faciẽtes ad motũ digitorũ pedis, ſicuti uidiſti in brachio, quæ quidem chordæ ſeruant fere ordinem chordarũ mouen- tium digitos manus.dixi fere,qm̃ chorde mouentes digitos pedis ſeruant ordinẽ unum in omnibus quatuor digitis ui- delicet tranſeuntes ad primã ſecundam & tertiam iunctu- ram.chorda uero policis tranſit ad ſecundam & ad tertiam. hic tamẽ nõ ingrata cadit ſpeculatio de foraminibus chor- darũ in pede,& de tranſitu chorde per foramen ad aliam iun cturam,cum pes ſit pro deambulatione factus primo, & nõ propter apprehenſionem,ſed cũ deambulatio nõ ſit ſine ali quo modo apprehẽſionis, ideo optime natura etiam per fo ramina unius chorde aliam chordam ad aliam iũcturã mit- tit ſicut in manu. Vide etiam in pede diſſeminationes ner- uorũ inter digitos,ſicuti uidiſti in manu, qui nerui procedũt ab illo neruo magno procedente per coxam una cum uena, & arteria. Quibus partibus eleuatis,remanent oſſa cum ſuis chartilaginibus,pãniculis,& ligamentis. ſed in uertebris ſpi ne dorſi notabis,(ut dicam ſtatim de anatomia oſſium)ner uos quoſdam notabiles deſcendentes ad muſculos coxæ, & ad cruram dantes motum, qm̃ prodeſt ſcire communitatẽ partium ad partes.

¶ De anatomia oſſium, chartilaginum, ligamentoꝝ, & panniculoꝝ tegentium oſſa, deq; neruoꝝ a ſpondilibus, ſiue a nuca uenientium. Cap̄ XXXXIIII.

QVanta ſit utilitas in oſſium dignotione, ex Galeni admonitionibus clariſſime apparet cum oſſa ſint reliquaꝝ partium corporis fundamentū, in ipſiſq; omnia membra quieſcant, & firmentur, & ueluti a quadam prima baſi prodeant. Ita ut ſiquis oſſium ſtructuram ignorauerit, neceſſario & reliqua quamplurima quę cum ipſis ſunt ignorabit. quomodo ergo aut philoſophus, aut medicꝰ operationes corporis, & particulas ſcire poterit ſi oſſium ſubſtātiam, quantitatem, figuram, ſitum, numerum, & reliqua nō uiderit? Quapropter ne huic noſtro introductionis modo in anatomicis aliquod neceſſarium deſit. Poſtq̄ ad alias partes corporis dignoſcendas iuuenes introduximus, ad oſſium etiam cognitioné non ſine maxima utilitate hic eos introducere ſtudebo, nam ut dicebat Galenus, prodeſt maximæ iſta cognitio medentibus, non ſolum in luxationibus, & fracturis, uerum & ad plures alias egritudines dignoſcendas. Quare cum iam omnia alia membra ab oſſibus in cadauere eleuaſti, uidere reliquum eſt, oſſa cum aliquibus membris, ſiue partibus adherentibus, ut eſt chartilago, ligamentū, panniculum. Incipe igitur a capite, quod os capitis caluaria, ſiue craneum appellant. Et ut dictum eſt in anatomia cranei, conſtat ex pluribus oſſibus adiunctis per cōmiſſuras ſerratiles, & non ſerratiles, ut ſunt oſſa petroſa, ſic dicta ex ſui duritie. Sed qm̄ in iſto modo inciſionis os craneum inciſum fuit per ſerram, ad uidendum ſubſtantiam cerebri, & etiam os frontis ad oculorum inſpectionem, & ad malleoloꝝ inuē

tionem, quę ſuper miningam auris ſunt, os intra craneũ etiã fuit inciſum. Ideo ſatis ſit tibi uidiſſe in cranei anatomia. iſtas partes. Sed quoniam non ingrata erit eius deſcriptio, ideo ſic deſcribatur capitis os. Capitis os, quod & craneum, & caluaria dicitur, eſt figuræ fere rotundæ, & parum a lateribus depreſſæ, quod cõſtat ex pluribus oſſibus, ſic uocatis, nam os a parte anteriori a ſuperciliis, uſq; ad cõmiſſuram coronalẽ dicitur βρέγμα grecæ, ſed latinæ ſinciput. os uero ſiue pars oſſis huic oſſi oppoſita, & in poſteriori parte, os lãbde dicitur, a commiſſura lambda ſic dictum, quæ commiſſura ſeparat, ſiue unit ipſum ab aliis, & iſta pars poſterior occiput dicitur. Sed inter cõmiſſuram coronalem, & lambdam per directum eſt tertia cõmiſſura ſerratilis recta, quæ ſagitalis dicitur, diuidens os ſuperius in dextrum & ſiniſtrum, quæ oſſa bregmata, & uerualia, & paria appellant. in quibus oſſibus ſunt foramina per quæ tranſeunt uenæ, ut dictum fuit. ſub iſtis oſſibus uerſus aures deſcendeudo uidebis duas cõmiſſuras non ſerratiles in modum rimulę, quæ ſępe ob ſui tenuitatem non apparent ſenſui in nouiter mortuo, ſed in cimiteriis in capitibus exiccatis ſępiſſime ipſas inuenies. & iſtæ cõmiſſuræ ſunt parum ſupra cõmiſſuras mẽdoſas, a quibus cõmiſſuris mendoſis infra incipiũt duo oſſa petroſa habentia foramen aurium. mendoſæ uero cõmiſſuræ non ſunt ſerratiles, ſed ſunt aſcendentes in modum ſquamæ. quæ quidem oſſa dicuntur etiam oſſa temporum. ex dictis habes partem cranei ſuperiorem componi ex octo oſſibus, per ſeptem cõmiſſuras diuiſam. ſed dimittẽdo illas duas paruas cõmiſſuras ſupra oſſa petroſa, quidam dicunt iſtam partem cranei componi ex ſex tãtũ oſſibus, diuiſis a quinq;

cōmiſſuris. Poſt iſtam ſuperiorem caluariæ partem, eſt os baſilare quod eſt cæteris durior, dimiſſa parte ſpongioſa, quæ in anteriori parte eſt, quod quidē os baſilare ſic dicitur, qm̄ eſt inferius, tanquam fundus, & baſis totius capitis, continens ſubſtātiam cerebri. & iſtud os eſt perforatum pluribus foraminibus, per quæ foramina deſcēdunt nerui a cerebro, & uenæ, & arteriæ, aſcendunt. ſunt etiam colatoria, per quę expurgantur cerebri ſuperfluitates. Inſuper eſt etiam foramen longe amplius aliis, per quod tranſit nuca ad foramina uertebrarum ſpinæ dorſi. ſed ad uidendum eius partes, primū ſcies, q oſſa ſuperiora cauitatum oculorum, & alia oſſa, de quibus dixi in anatomia cranei, quæ componunt ipſum os baſilare, enumerantur inter partes oſſis baſilaris, & ſic uidebis illud ex pluribus oſſibus conſtare, & breuitati ſtudens ibi te legere dimitto. etenim & de oſſibus naſi & ſua chartilagine dictū eſt, quæ oſſa ſunt ſeparata ab oſſe baſilari. dictūq; fuit etiam de oſſibus facientibus poma faciei, & de mandibula ſuperiori, & etiam de chartilagine aurium diximus. oſſa uero palati, quæ continuantur cum ſuperiori mandibula, hic potes uidere quæ ſunt duo per cōmiſſurā coniuncta, & ſunt unita cum oſſibus colatorii. Notabis etiam, quod una pars oſſis mandibulæ ſuperioris a parte ante protenditur, & unitur cum oſſe palati, ita q ad oſſa palati integrāda eſt & pars oſſis mandibulæ ſuperioris. Reliquas uero partes, ubi dixi te legere oportet, quoniam in iſto modo ſectionis he omnes partes uiſæ fuere & etiam pro parte amotæ etiam. inferiorem uero mandibulam uidiſti cum ſuis dentibus, & aliis partibus, quæ fuerunt amotæ. Sed cum non omnes partes ſint præſentes, quoniam ſm ordinem fuerunt abſciſe, hæc dicta

ſatis

ſatis ſint, & ad uidendum oſſa colli ſubſtentantia caput ani
mũ intendæ, quæ quidem oſſa colli continuantur cum aliis
oſſibus ſpinæ, & ſunt perforata propter tranſitũ nucæ. neq;
crederc oportet nucam eſſe medulam iſtorũ oſſium, quæ &
uertebras, & ſpondilia uocant, quoniam incipiendo hic a
collo uſq; ad os caudæ, omnia oſſa ſunt ſpongioſa, habentia
intus humiditatem medularem pro ſui nutrimẽto. ſed ſub-
ſtantia nucæ eſt ex ſubſtantia cerebri anterioris, & poſterio
ris, & ideo dicitur uicaria cerebri, quoniã ab ipſa reliqui ner
ui dantes motum prodeunt, ut in ſectionibus notũ eſt. Vi-
de igitur nucam ſuo loco, incidendo uertebras ſm longitu-
dinem, & cognoſces ipſam ex duplici parte cõſtare, quæ par
tes ita ſeſe cõtangunt, ut fere unita dici poſſit, ſed re uera eſt
diuiſa, & in colore eſt alba, durior parumper ſubſtantia cere
bri, & cooperitur duplici panniculo, quorũ unus durus eſt, &
adheret oſſi. alter eſt ſubtilis, & adheret ipſi ſubſtantię nucę.
quidam dicunt q̃d proceſſus nucæ in diuerſis corporibus di
uerſificatur, q̃m quandoq; maior, & quãdoq; minor per uer
tebrarũ foramina eſt ſubſtantiæ nucæ proceſſus. Et affirmãt
raro tranſire ſpondilia lumborũ, ſæpiſſime uero uſq; ad ulti-
ma ſpondilium coſtarũ. Sed nota ꝙ ego ſemper inueni nucã
procedentem uſq; ad ultimum oſſis caudæ, quod etiam ra-
tionale eſt, ſi nerui ab ipſa nuca uirtutem recipiunt, tanq̃ ab
auicaria cerebri. quibus annotatis reuertere ad uidendum
uertebras colli, a quibus ſum digreſſus, quæ ſunt ſeptem, ro-
tundæ figuræ, duræ ſubſtantiæ. Prima quarũ eſt minor aliis,
ſed eſt latior, & habet duo foramina a lateribus, a quibus fo
raminibus exit primum par neruorũ nucæ. Reliquæ uero ſex
uertebræ colli ſunt longiores, quæ oſſa colli, ſiue uera ſpon-

dilia aut uertebras appellaueris, ſiue non uera, non refert, dummodo ſubſtantiam, & reliqua in ipſis cognoſcas. igitur oſſa colli ſunt ſeptem, a quibus prodeũt octo paria neruorum. iſta tamen oſſa non ſunt perforata omnia, ſed ſolũ primum os quod minus & latius eſt, & eſt immediate ſub oſſe baſilari. Et primum par neruorum egreditur a duobus foraminibus, quæ ſunt in dicto oſſe. Reliqui uero nerui non egrediuntur a foraminibus, qm̃ in reliquis ſex uertebris non ſunt foramina, & ideo egrediuntur ab intermediis ipſarum uertebrarum, ita q̃ ſm par neruorum egreditur ab intermedio primæ, & ſecundę uertebrę, ſed tertium par exit ab intermedio ſecundę, & tertię, quartum uero par procedit ab intermedio tertiæ, & quarte, ſimiliter quintum par procedit ab intermedio quartæ, & quintæ, ſextũ uero par ex intermedio quintæ, & ſextę, ſic & ſeptimũ procedit ab intermedio ſextæ, & ſeptimę uertebrę. pari modo octauum par neruorum egreditur ab ultimo intermedio uertebrarum colli, & primæ uertebrę pectoris. qui quidem nerui a ſpondilibus colli uenientes procedunt ad diuerſas partes tam faciei, quam colli, & ſpatularum. Et qm̃ in tali modo anatomizãdi, muſculi & aliæ partes fuerunt amotę, ideo minime eorum proceſſus uidere potes. quare ad reliqua ſpondilia, ſiue uertebras uidendum, & eorum partes attende. Sed antequam ad iſtam inſpectionẽ uenias, notare te uolo, quod uertebræ omnes alligantur per quendam panniculum cooperientem ipſas & etiam per partes chartilagineas in ſuis extremitatibus. & iſta chartilago intermediat inter uertebram, & uertebram, præter quam in duabus primis uertebris colli, quæ per quandam eminentiam unius, & cauitatem alterius alligant̃. ſimiliter in prima uertebra ſunt duę

cauitates,in quibus ingrediuntur duæ eminentię oſſis infe-rioris capitis,uidelicet baſilaris, quæ eminentiæ ſunt prope foramen ubi egreditur nuca. quibus eminẽtiis alligatur caput collo, quibuſam ligamentis extra ligantibus, attamen non ſic ligatur prima uertebra cum ſecunda, quoniam nullum habet ligamentum, niſi illam cauitatem in qua ingreditur illa eminẽtia dicta. quibus partibus annotatis,uide reliquas partes,etenim poſt iſtas ſeptem colli uertebras, uidebis reliquas quæ ſequuntur uſq; ad os ſacrum, & ſunt decem &octo,ſi eas enumerare uolueris,ex quibus uertebris,duodecim ſunt quibus alligantur uigintiquatuor oſſa coſtaꝝ, uidelicet duodecim a dextris,& totidem a ſiniſtris facinetium clibanum pectoris,ex quibus duodecim in uno quoq; latere ſeptẽ ſunt ueræ,ſiue integræ dictæ,& quinq; mẽdoſę nõ integrę. Sed qm̃ iã in ſectiõe pectoris iſtæ coſte pro maiori p̃te fuerũt ruptæ, & amote, ideo recurre ibi in cap̄.de ſectione pectoris ad uidendũ,q̃ de ipſis dicta ſunt,nã tam uerę,quam mẽdoſę coſtæ poſtq̃ elongant̃ a dorſo,ubi alligatæ ſunt cũ uertebris, etenim unicuiq; uertebraꝝ pectoris duę coſtæ alligant̃,una a dextris,altera a ſiniſtris ꝓcedẽtes uerſus partem anteriorẽ terminant in ſubſtantiã chartilagineã. Nota tñ qđ ſeptẽ coſtæ ueræ dictæ,terminãt cũ ſua ſubſtantia chartilaginea ad os thoracis,quod os eſt in medio pectoris,& quãuis appareat unum,attamen conſtat ex ſeptem oſſibus, ita alligatis,& unitis,ut unum tantum uideatur,in fine cuius oſſis thoracis uerſus ſtomachum, eſt chartilago ſcutalis,pomũ granatũ dicta, cuius ſuperiori extremitati adherent duo oſſa furculę ſuperioris,quæ fuerunt amota in anatomia pectoris. Notabis etiam,quod coſtæ mendoſæ ſunt minus dure ue

ris coſtis etiam prope ſpōdilia. Sed qm̄ hic dictum eſt coſtas omnes terminare in partem chartilagineam, te ſcir̄ oportet ex ſententia Galeni ſexto de uſu partium chartilaginem eſſe quandam ſubſtantiam ex oſſis ſubſtantia, mollior tamen oſſe ipſo, quam chartilaginem inuenies in extremitatibus omnium oſſium, maiorem, & minorem ſecundum membri indigentiā, ut eſt uidere in oſſibus ſpatulaꝶ, etenim ibi char tilago magna eſt, & etiā in extremitatibus oſſium magnoꝶ propter iuncturas, & in ſpondilibus &c. & hæc pars chartila ginea data fuit in quāpluribus oſſibus in eoꝶ extremitate ne durum cum duro in contactu, & motu frangatur, & etiā ut aliquod ſit medium inter durum ultimum, ut eſt os, & mol le, ut eſt caro, quod in ſpatulis apparet, & etiā in mēbris egē tibus dilatatione, ut eſt pectus, nam chartilago magna data eſt coſtis, ut cedānt in dilatatione, & etiā ne mēbra mobilia habeāt locū minus fractioni obnoxium. ſed uiſis coſtis, & reliquis oſſibus cōſtituentibus pectus, uide duodecim ſpondilia correſpondentia uigintiquatuor coſtis, uidelicet duodecim a dextris, & duodecim a ſiniſtris, a quibus ſpondilibus, ſiue uertebris, egrediuntur reliqui nerui, facientes ad motum reliquaꝶ partium corporis. ſed qm̄ in iſto modo ſectionis ꝓ ceſſum eoꝶ non potes diſcernere, & etiam qm̄ quandoq; di uerſificantur in egreſſione foraminum uertebraꝶ, ideo hic ſat erit tibi ſciræ, qđ reliqui omnes nerui prodeunt a forami nibus uertebraꝶ, qm̄ ſpōdilia iſta habēt foramina, per quæ foramina egrediuntur nerui, & ordo egreſſionis non eſt ſem per eodem modo, ſed diuerſificatur, quoniā uidebis duos ner uos exire aliquando ab uno foramine, ſed hoc non eſt ex om ni parte monſtruoſum cum natura quandoq; ad maiorem

fortitudinem corporis uel alicuius particularis membri hoc intendat. Nota etiam quod per ea foramina a quibus nerui egrediuntur, ingrediuntur etiam rami tam uenæ, quam arteriæ, tranſeũtes ad nucam. ſed poſt iſtas duodecim uertebras, ſunt ſex uertebræ lumborum, uſq; ad os ſacrum, quod quidem os eſt amplum, & conſtat ex quatuor oſſibus unitis ualidiſſimo ligamento, ultimum uero oſſium ſpinæ eſt os caudæ, quod eſt molle, acſi eſſet chartilago, & habet unicum foramen in medio, a quo unus tantum egreditur neruus, ex dictis incipiendo a capite uſq; ad os caudæ enumerãdo uertebre ſunt triginta, & nerui ab ipſis prodeuntes ſunt paria trigita, & unus neruus ſolus qui neruus egreditur a foramine ſolo oſſis caudæ. ſed poſtquam iſta uidiſti, potes, ut dixi ſcindere ſpondilia, ſiue uertebras omnes ſecundum longitudinẽ, & annotare in primis, qđ uertebre colli habẽt maiorem cauitatem, quam alię uertebræ, & ideo in ipſis plus eſt de quantitate nucę, quam in aliis. Poſt hęc uide duo oſſa ſpatularia, quę ſunt ampla in quorum extremitate eſt pars chartilaginea notabilis, quę quidem extremitates ſunt latæ tendentes uerſus ſpinam, qm̃ oſſa ſpatularia locantur in poſteriori parte pectoris, ſupra coſtas procedendo cum ſua parte plana. alia pars, quæ non eſt plana, ſed tendit in acutum, eſt ubi figitur os adiutorii brachii, quę pars dura eſt & in eius extremo habet cauitatem, in qua os adiutorii figitur, & qm̃ ꝑ hoc os ſpatulare ſolũ nõ poterat os adiutorii ſubſtẽtari, ideo a parte anteriori tam a dextris, quam a ſiniſtris ſunt duo oſſa a furcula ſuperiori dicta, quæ oſſa terminãt ad capita oſſium ſpatularum, & ſic ſimul retinẽt in ſuo ſitu os adiutorii, quod quidem os unum eſt rotundum, habens cauitatem in

ipſo, in qua eſt medulla notabilis etenim nõ omnia oſſa hñt cauitatem cũ medulla ut ſũt coſtæ ſpondilia, & reliqua, ideo hanc differentiam oſſium in brachiis & cruribus notabis, os uero adiutorii alligatur oſſi ſpatulari in parte ſuperiori ligamentis ortis tam intra iuncturam, quam extra, & pars iſta ſuperior eſt rotunda, & magis groſſa, quod os adiutorii protenditur uſq; ad iuncturam cubiti, & in parte ſiluestri in fine eſt quædam cauitas notabilis, in qua cauitate os magnũ focilorum inferioris partis brachii per extremam ſui partem, quę ad modum hami creata fuit, ipſo adiutorio alligatur, ut ualeat quodcunquæ pondus ſubſtentare. Notabis tamen, ꝙ extremum adiutorii inferius habet duo capita, ſiue ſua extremitas eſt bipartita, propter duorum focilium ſuſtentationem, ex quibus capitibus adiutorii alter longius eſt, neq; ſunt rotunda ſicut pars ſuperior, ſed ſunt plana, aliqualiter depreſſa. Vide igitur naturæ, deiq; maximam prouidentiam in formatione harum partium, quæ in ſilueſtri parte adiutorii foramen fecit, in quo ingreditur pars extrema focilis maioris, curua ad modum cuiuſdam uncini, & hoc focile terminat uſq; ad iuncturam manus uerſus digitum minimum. alter uero focile, quod radium appellant apodiatur alteri extremitati oſſis adiutorii intrinſece, & unitur cum maiori focile unione forti, quod focile ſubtilius eſt, maiore focili, & procedit etiam ipſum uſq; ad iuncturam manus uerſus digitum pollicem, & ſic uidiſti duo focilia, alterum maius, quod ſ̃m diuerſas manus, & brachii gyrationes aliquando apparet in parte domeſtica, & aliquando in silueſtri, pari modo aliud focile minus ſ̃m circũuolutionem brachii quandoq; ſilueſtris, & quandoq; domeſticus apparet.

iſta focilia in parte ſuperiori ligantur fortiſſimis ligamentis ad os adiutorii, tam intra iuncturam, quam extra, ultra ingreſſum oſſis focilis curui in illam cauitatem adiutorii. In extremitate inferiori dictorum focilorum collocantur oſſa manus priora, quæ raſetæ oſſa dicuntur. Sed quoniam dictum fuit, ꝙ oſſa annectuntur ligamentis. Notabis primo ꝙ non ſemper oſſa uniuntur per ligamentum, ſed etiam per cõmiſſuras quandoq; ſerratiles & quandoq; non ſerratiles, ut apparet, & uidiſti in oſſibus capitis, & quandoq; per panniculum cooperientem, uel etiam per ingreſſionem partis eminentis in cauam partem alterius, ut in collo etiam uidiſti. Et ut non ignores ligamenti ſubſtantiam. Nota ꝙ ligamentum proprie dictum eſt ſubſtantia quædam alba, neruo ſimilis in duritie, & mollitie, quæ flexibilis eſt, & procedit a capitibus oſſium, ubi ſunt partes utplurimum chartilaginoſæ, propter quod doctiſſimus Auicenna prima primi dicebat hoc mirabile eſſe, ſcilicet naturam ex oſſe procreaſſe ligamentum ſimile neruo, cui nullus eſt ſenſus, & iſta ligamenta fuerunt ad coniunctionẽ oſſiũ & aliaꝝ multaꝝ partiũ. Sed his notatis, uide oſſa manus, & primo oſſa octo raſetę, quoꝝ quatuor terminant ad iuncturã duoꝝ faciliũ quã brachialẽ appellãt, & alligãtur ligamentis fortibus, quæ capita focilium habent cauitatem notabilem, in quibus oſſa raſetæ figuntur, quorum capita ſunt rotunda, & hoc, ut manus ſit aptior ad diuerſos motus, ultra alias utilitates, cętera uero quatuor oſſa raſetæ ſunt maiora, & unita iſtis minoribus, & correſpondent quatuor extremitatibus oſſium pectinis manus, quæ alligantur eis per ligamenta, & ſuas cauitates. poſt quatuor oſſa pectinis, quæ oſſa ſunt oblonga, & nõ

ita unita ſunt quatuor oſſa prima iuncturæ quatuor digi-
torum, uidelicet indicis, medii, anularis, & minimi digiti, quibus extremitatibus alligantur oſſa ſecundæ iuncturæ digitorum, quibus etiam ſecundis oſſibus alligantur tertia oſſa digitorum, quæ oſſa ſunt ultima, & alligata ſecundis oſſibus, in quorum extremitatibus ſunt ungues. Oſſa uero digiti pollicis ſunt etiam tria, ſed pollicis digiti oſſa non procedunt ſm ordinem oſſium pectinis, & raſetæ. ſed primum os inferius alligatur a latere unius ex oſſibus raſetæ, ubi continuat os pectinis correſpondens digito indici. reliqua duo ſequuntur poſtea, in cuius extremum eſt unguis, ut in aliis. Sed notabis, q̃ ungues non ſunt alligatæ extremitatibus digitorum per ligamentum aut ſuturam ſicut oſſa inter ſe alligantur, ſed ſunt genitæ, ex ſuperfluitate a natura non errante propter utilitates, uidelicet ut ſint tutella extremitatum, & ut ad alias operationes manus iuuent, & creſcunt, ſiue augentur, ſicut etiam pili, & ideo neceſſario ipſas tondemus, ſicuti & capilli tondentur, & hæc de brachiorum & manuum oſſibus ſatis dicta ſint. Et uide oſſa inferiora. ſed primum, quod occurrit, eſt os pectinis, ſiue pubis, quod locatum eſt in extremo uentris inferioris, & in medio unitur firmiſſimo ligamento, etenim os pubis eſt pars oſſium anchalium, ut uidere potes in cimiteriis. non deſunt tamen dicentes hoc os eſſe diſtinctum ab oſſibus anchalibus, ſed qm̃ non ſunt loca, quibus coniungãtur cum anchalibus, ſiue ut rectius dicam, ab ipſis diſtinguatur, ſed undequaq; continuum eſt ſine ligamento, preterquam in parte anteriori in medio, ubi iacet uirga ubi ſua ſubſtantia uidetur eſſe chartilaginea. quare affirmare non dubito cum quampluribus

aliis

aliis eſſe partem oſſium anchalium hoc os pectinis dictum. Sed quoniam in oſtenſione ueſſicæ, & aliorum membrorũ os dictum inciſum fuit, ideo uide reliquas partes duoꝝ oſſiũ anchalium, quæ oſſa aliter etiam denominantur, & ſunt alli gara oſſi ſacro in dorſo, & ſunt magna habẽtia ſpatium, ita ut ꝓcedendo a dorſo, partes laterales ſint latæ facientes ſpa tiũ interius, ubi locantur, & ueſſica, & rectũ inteſtinũ, & aliæ partes, & ſic iſta oſſa dũ ꝓcedunt ad partẽ anteriorem, pars anterior os pubis, & a lateribus anchę dicitur. in quibus extremitatibus oſſium anchalium, ſunt cauitates in modum pixidis, in quibus cauitatibus extreme partes ſuperiores oſſium coxæ, ſiue femoris, quæ ſunt rotunde ingrediuntur, uidelicet unum a dextris, & alterum a ſiniſtris, etenim oſſa coxæ proportionantur oſſibus adiutorii brachii. hæc uero iunctura a quibuſdã uertebrum dicitur, a quibuſdam uero ſciæ iunctura, unde & nomen doloris iſtius loci dicitur dolor ſcia ticus, quæ quidem oſſa anchalia cum oſſibus coxarum ligãtur ligamentis fortibus. Notabis hic, ꝙ oſſa coxarum ſunt rotunda oblõga & maiora cęteris aliis oſſibus corporis, & ꝓcedunt uſq; ad iuncturas genuum. pars uero inferior uniuſcuiuſq; oſſis coxarum unitur duobus capitibus focilorum ti bię ꝑ ligamẽta ualida, & ſic faciunt iuncturã genu, ſed in ꝑte anteriori iſtius iuncturæ, eſt os rotundum, quod uocant patellam, neq; eſt chartilaginoſum, ſed durum quod eſt ueluti ſcutum prohibens ne in plicatura huius iuncturæ, quæ & iã poplitis iunctura dicitur, oſſa extra promineant, & alligatur iſtud os patelle, duobus chordis duorum muſculoꝝ magnoꝝ, qui per coxam deſcendunt terminantes ꝑ unã chordã, quæ poſtq̃ unitur rotule deſcẽdit ſub genu, & unit᷑ tibiæ, ut uidi-

ſti in anatomia crurium. Vide etiam duo oſſa tibię, quæ fo cilia appellant, quorũ alter maius eſt, & locatur in domeſti ca parte cruris, & dicitur focile magnum, ſiue tibiam dixeri non refert, ſuper quod focile magnum fundatur os coxę ſu perius dictum ſuper partem ſuam rotundam, ſed pars infe rior iſtius focilis, quæ caua eſt terminat ad os clauicule, ſiue chaib, & iacet ſupra eius rotunditatem, quod quidem os cla uicule, ſiue chaib iacet ſupra os tali, ſiue calcanei quod ma gnum eſt, & ſunt alligata iſta oſſa ligamentis fortibus, ſed a parte anteriori uerſus digitos, & prope raſetam inferius eſt os nauiculare, ſiue ſcafoides ſic uocatum propter eius caui taté, ſuper quod etiam os clauicule a parte anteriori iacet. poſt iſtos uide etiam focile minus, quod eſt in parte ſilueſtri & in parte ſuperiori ad iuncturam genu alligatur extremita ti oſſis coxæ, & in parte inferiori terminat ad os clauicule, & ibi alligatur ſuis ligamentis, ut ſit coadiutorium tibię, ſiue maiori focili, & ut melius tum in curſu tum etiã in aliis mo tibus accomodetur. Vide poſtea reliqua oſſa pedis, quæ con tinuata ſunt fortiſſimis ligamentis, & primo quatuor oſſa raſetę, quæ continuantur cum oſſe nauiculari, quibus oſſi bus raſetæ a latere ſilueſtri alligatur oſſiculum paruum, qđ ſiſſamum os appellant. oſſa igitur raſetæ pedis procedunt ſe cundum longitudinem pedis, & ſunt quatuor, quibus qua tuor oſſibus alligant̃ quinq; oſſa pectinis, quę procedũt uſq; ad primas iũcturas digitoꝝ, & alligant̃ qnq; digitis pedis. ui de etiã oſſa digitoꝝ, qm̃ primus digitus, qui pollex eſt, habet ſolũ duo oſſa, reliqui quatuor unuſqſq; hẽt tria oſſa, ĩ quoꝝ extremitatibus ſunt ungues. uide etiã, ꝙ oſſa digitoꝝ alligã tur ligamẽtis fortibus, & pollex habet duas tm̃ iũcturas, reli

qui uero tres habent iũcturas. Ex dictis notabis etiã differẽtiã pedũ ad manus, non ſolum in figura, uerumetiam in numero, & ſitu oſſium. quare, & operationes, & utilitates fuerunt diuerſæ. Hæc ſunt doctiſſimę marcellę, quæ ad iuuenũ introductionẽ, in ſectionibus corporis humani tibi ſcribere deſtinaueram poteram & quamplurima alia annotare, quæ tam philoſophis, quam medicis utilia eſſent, ſed in tali modo ſectionis multa neceſſario membra abſiſa fuere, ne ordo corrumperetur. Et multa etiam difficillima inuentu ſunt, & in omnibus corporibus non reperiuntur, ut ſunt muſculi membranei manus, & gulæ ad labium, & neruorum & uenarum arteriarumq; proceſſus, qui in tali modo ſectionis minime uideri poteſt, etenim non ſolum egẽt dimiſſis aliis partibus ſola in ſectione, uerumetiam non in omnibus equaliter apparent, neq; ſeruant eũdẽ ordinẽ. Et ne ex nimia longaq; enarratione animos iuuenũ defatigarem quãtũ potui breuitate ſum uſus. Attamẽ ſi aliqua in parte pluſquã huius introductorii modus requireret digreſſus ſum id coactus uel a materia ipſa ſic requirente, uel propter uarias auctoritates ſenſui contrarias me feciſſe fateor. etenim nolui me aliarum ſectatorem, ſed ſenſatę ueritatis oſtendere, tametſi multa ab antiquis ſcripta legerim, a quibus edoctus ſum, & etiam ex induſtria ſæpe ad clariorem doctrinam multa repetita ſunt ſecundum loci indigentiam. quare iterum mecum ſupplex, deo omnipotenti preces effundere non deſinas, ut ea, quæ ſua protectione fiſus incepi ſua quoq; protectione finiãtur legentes quę deum benedictum religione paterna orent, ut me ſuo auxilio ad aliarum partium corporis cognitionem, uti deſtinaui, dirigere dignetur. Vale.

Index cap̄. principalium huius operis.

Procemium totius operis. Cap̄.I. fol. 3

De modo ſeccandi uẽtrẽ inferiorem. cap̄.ii. fol. 7

De dignotione panniculi carnoſi, ſiue muſculi membranei, uel totius corporis inuolucri. cap̄.iii. 8

De modo ſeccãdi abdominis partes ſeu mirach. cap̄.iiii. 11

De panniculi peritonei, ſeu ſifach & omenti, & uenæ umbilicalis anatomia. cap̄.v. 13

De quibuſdam operationibus in inferiori uentre contingẽtibus ad manualem operam ſpectantibus. cap̄.vi. 15

De anatomia inteſtinorum incipiendo a recto inteſtino. cap̄.vii. 18

De anatomia inteſtini coli. cap̄.viii. 20

De anatomia ſacci, ſiue monoculi. cap̄.ix. 20

De anatomia ileon. cap̄.x. 21

De anatomia ieiuni. cap̄.xi. 21

De anatomia duodeni. cap̄.xii. 22

De anatomia meſenterii, & uenarum in ipſo contentarum. cap̄.xiii. 23

De anatomia uentriculi, ſiue ſtomachi, & chiſtisfelis. cap̄.xiiii. 24

De anatomia ſplenis. cap̄.xv. 26

De anatomia epatis, ſiue iocineris. cap̄.xvi. 26

De anatomia uenæ chilis, ſiue cauæ deſcendentis & arteriæ aorti deſcendentis ſimul a diaphragmate infra, deq; uenis emulgentibus & arteriis. cap̄.xvii. 27

De ſectione renum, & uaſorum urinalium uſq; ad ueſicam. cap̄.xviii. 31

De anatomia uaſorum ſeminis. cap.xix. 33

De diſſectione ueſicæ, didymorum, teſticulorum, & burſæ ipſorum. cap.xx. 35

De ſectione uirgæ. cap.xxi. 37

De ſectione inteſtini recti, & muſculorum ipſius, uenarũq; hemorrhoidarum. cap.xxii. 38

De diſſectione uteri, uel matricis, ſiue uuluæ. cap.xxiii. 39

De modo diſſeccandi uentrem medium, in quo primo anatomiam mamillarum uidebis. cap.xxiiii. 45

De anatomia quorũdã muſculorũ pectoris. cap.xxv. 47

De anatomia oſſium pectoris & coſtarũ. cap.xxvi. 49

De anatomia, pleuræ, mediaſtini, capſulæ cordis, & diaphragmatis. cap.xxvii. 50

De anatomia cordis. cap.xxviii. 53

De ſectione pulmonis. cap.xxix. 58

De anatomia quarundam partium colli, & mandibulæ inferioris, dentiumq;. cap.xxx. 60

De anatomia tracheæ arteriæ in parte ſuperiori uſq; ad linguam, deq; meri ſiue yſofagi anatomia, qui ad uentriculũ terminat. cap.xxxi. 64

De ſectione linguæ. cap.xxxii. 66

De anatomia palati, uuule, & partium mandibulæ ſuperioris, & labiorum. cap.xxxiii. 69

De anatomia quarundam partium uenæ chilis, & arteriæ aorti aſcendentis. cap.xxxiiii. 70

De modo ſeccandi uentrem ſuperiorem, ſcilicet caput, incipiendo ab oſſe palati, primumq; de ſectione cutis, & muſculorum temporalium. cap.xxxv. 76

De anatomia oſſis cranei & partium eius. ca.xxxvi. 77

Deſectione panniculorum, tam duræ, quam piæmatris, & in ipſis contentorum. cap.xxxvii. 81
De modo ſeccandi cerebri ſubſtantiam, ut uentriculos omnes uidere poſſis & alias partes. cap.xxxviii. 83
De modo procedendi ad uidendum proceſſum neruorum, qui a cerebro ſunt. Et de loco retis mirabilis, deq; partibus oſſis baſilaris. cap.xxxix. 87
De modo ſectionis partium oculorum. cap.xxxx. 90
De diſectione aurium, naſi, & ſuperiorum maxillarum, una cum oſſe baſilari. cap.xxxxi. 93
De diſſectione reliquaꝝ partium corporis, & primo de brachii & manus anatomia. cap.xxxxii. 95
De ſectione crurium, & pedum. cap.xxxxiii. 97
De anatomia oſſium, chartilaginum, ligamentorum, & panniculorum tegentium oſſa, deq; neruorum a ſpōdilibus, ſiue a nuca uenientium. cap.xxxxiiii. 99

FINIS.

Si impreſſorum errores lector candidiſſime(qui pauci ſunt) emendare deſideras, ſic eos emendare curabis, & primo.

Pagina.5 9.facie prima.pro quod poteris,lege poteris, & a tergo,pro orto recta,lege orto tecta.

6 6.facie prima.pro totas,lege totos.

6 7.facie prima.pro ſum,lege ſunt. & infra,pro reliquitur, lege relinquitur.

7 3.facie ſecunda.pro extiam,lege etiam.

7 4.facie ſecunda.pro ad omnis,lege ad omnium.

7 8.facie ſecunda.pro extra appellantur,lege extrapellãtur, & infra,pro aliquem,lege aliquam.

8 3.facie prima.pro quod componitur,lege quod.

9 3.facie ſecunda.pro duplicis,lege duplici.

1 0 2.facie prima.pro cuius,lege cui. Vale.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC.

Omnes ſunt duerni præter A qui eſt quaternus.

Venetiis in uico ſancti Moyſi, aput ſignum archangeli Raphaelis,In ędibus Frãciſci Bindoni,ac Maphei Paſini ,ſocios,accuratiſſimæ impreſſum.
Menſe Nouẽbri, M D XXXVI.